APPENDICI

DI DOCUMENTI

SPETTANTI

ALLA PARTE QUARTA

DELLE

ANTICHITÀ ITALICHE.

MILANO MDCCLXXXXI.

NELL' IMPERIAL MONISTERO DI S. AMBROGIO MAGGIORE.

CON APPROVAZIONE.

APPENDICE PRIMA

Contiene i Documenti de' quali si è trattato particolarmente nella Parte Quarta.

I.

Placito in Istria dei Messi di Carlo M. contro i Vescovi, ed il Duca Giovanni, anno DCCCIV. (v. fol. p. 113.).

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Cum per jussionem Piissimi, atque Excellentissimi D. Caroli Magni Imperatoris, & Pippini Regis filii ejus, in Istria nos servi eorum directi fuissemus, idest Izzo presbyter, atque Cadolao, & Ajo Comites pro causis Sanctarum Dei Ecclesiarum Dominorum nostrorum, seu & de violentia populi pauperum, orphanorum, & viduarum, primis omnium venientibus nobis in Territorio Caprense loco, qui dicitur Riziano, ibique adunatis Vener. Viro Fortunato Patriarca, atque Theodoro, Leone, Stauratio, Stephano, Laurentio Episcopis, & reliquis Primatibus, vel Populo Provinciæ Istriensium, tunc eligimus de singulis civitatibus, seu Castellis homines Capitaneos numero centum septuaginta, & duos; fecimus eos jurare ad S. quatuor Dei Evangelia, & pignora Sanctorum, ut omnia quicquid scirent, de quo nos eos interrogaverimus, dicent veritatem: in primis de rebus Sanctarum Dei Ecclesiarum: deinde de justitia Dominorum nostrorum, seu & de violentia, vel consuetudine populi terræ ipsius Orphanorum, & Viduarum, quod absque ullius hominis timore nobis dicerent veritatem. Et ipsi detulerunt nobis breves per singulas Civitates, vel Castella, quod tempore Constantini, seu Basilii Magistri Militum fecerunt, continentes quod a parte Ecclesiarum non haberent adjutorium, nec suas consuetudines. Fortunatus Patriarcha dedit responsum dicens: Ego nescio si super me aliquid dicere vultis: veruntamen vos scitis omnes consuetudines quas a vestris partibus S. Ecclesia mea ab antiquo tempore usque

nunc dedit. Vos mihi eas perdonastis: propter quod ego ubicumque potui, in vestrum fui adjutorio, & nunc esse volo, & vos scitis, quod multas dationes, vel missos in servitium D. Imperatoris propter vos direxi: nunc autem qualiter vobis placet, ita fiat. Omnis Populus unanimiter dixerunt, quod antea tunc & nunc & plura tempora per nostro *Largido* ita sit, quia multa.... bona parte habuimus, & habere credimus, excepto quod Missi Dominorum nostrorum venerint antiqua consuetudine vestra familia faciat. Tunc Fortunatus Patriarcha dixit: Rogo vos, filii, nobis dicite veritatem, qualem consuetudinem S. Ecclesia mea Metropolitana in territorium Istriense inter vos habuit. Primus omnium Primas Polensis dixit: quando Patriarcha in nostram Civitatem veniebat, & si opportunum erat propter Missos Dominorum nostrorum, aut aliquo placito cum Magistro Militum Græcorum habere, exibat Episcopus Civitatis nostræ cum Sacerdotibus, & Clero vestiti planetas cum cruce, cereo, stados, & incenso psallendo, sicuti Summo Pontifici, & Judices una cum populo veniebant cum signa, & cum magno eum recipiebant honore. Ingrediente autem ipso Pontifice in Domum S. Ecclesiæ nostræ, accipiebat statim ipse Episcopus claves de sua Domo, & ponebat eas ad pedes Patriarchæ: ipse autem Patriarcha dabat eas suo majori, & ipse indicabat, & disponebat usque in die tertia: quarta autem die ambulabat in suum Rezzorio. Deinde interrogavimus Judices de aliis Civitates, sive Castella, si veritas fuisset ita: omnes dixerunt; sic est veritas, & sic adimplere cupimus. Nos vere amplius super Patriarcha dicere non possumus. Peculia autem vestra domnica ubicumque nostra pabulant, ibique & vestra pascant absque omni datione: volumus ut in antea ita permaneat. Nam vero super Episcopos multa habemus quod dicere. I Capitulo. Ad Missos Imperii, sive in quacumque datione, aut collecta medietatem dabat Ecclesia,

& medietatem populus. II. Capitulo. Quando Missi Imperii veniebant, in Episcopio habebant Collocationem, & dum interim reverti deberent ad suam dominationem, ibique habebant mansionem. III. Capitulo. Quæcumque chartulæ emphiteseos, aut libellario jure, vel non dolosas commutationes nunquam ab antiquum tempus corruptæ fuerunt, ita, & nunc fiant. IIII. Capitulo. De Herbatico, vel glandatico nunquam aliquis vim tulit inter *nicora* nisi secundum consuetudinem parentum nostrorum. V. Capitolo. De Vineas numquam tertio ordine tulerunt, sicut nunc faciunt nisi tantum quarto. VI. Cap. Familia Ecclesiæ numquam scandala committere adversus liberum hominem, aut cædere eum fustibus, & in . . . . eos ausi fuerunt: nunc autem cum fustibus nos cædunt, & cum gladiis sequuntur nos: nos vero propter timorem Domini Nostri non sumus ausi resistere, ne pejora accrescat. VII. Quis terras Ecclesiæ fenerabat usque ad tertiam reprehensionem, numquam eos foras ejiciebat. VIII. Maria vero publica, ubi omnis populus communiter piscabant, modo ausi non sumus piscari, quia cum fustibus nos cædunt, & retia nostra concidunt. IX. Cap. Unde nos interrogastis de justitiis Dominorum nostrorum, quas Græci ad suas tenuerunt manus usque ab illo die, quo ad illum diem quo ad manus Dominorum nostrorum pervenimus, ut scimus, dicimus veritatem. De civitate Polensi solidi Mancosi sexaginta, & sex; de Ruvingio solidi Mancosi 40 de Parentio Mancosos 66. Numerus Tergestinus mancosos sexaginta, de Albona mancosos 30. de Pedena mancosos 20. de Montona mancosos 30. de Pinguento mancosos 20. Cancellarius Civitatis novæ mancosos 12., qui faciunt in simul mancosos 344. Isti solidi tempore Græcorum in Palatio eos portabat. Postquam Joannes devenit in Ducatu ad suum opus istos solidos habuit, & non dixit, justitia Palatii fuisset. Item habet Casale Orcionis cum oli-

vetis multis. Item portionem de Casale Petriolo, cum vineis, terris, olivetis, & casa sua. Item possessionem Stephani Magistri militum: item casam Zerotinam cum omni possessione sua, & possessionem Mauritii Ypati, seu Basilii Magistri militum instar, & de Theodoro Ypato. Item possessionem, quam tenet in Pojacello cum terris, vineis, & olivetis, & plura alia loca. In nova Civitate habet Fisco publico, ubi commanet intus, & foras Civitati amplius duos centum colonos, per bonum tempus reddunt oleo amplius quam centum modia, vino magis quam amphoras duocentum, alnona seu castaneas sufficienter; piscationes vero habet, unde illi veniunt per annum amplius quam 50. solidi mancosi absque sua mensa ad sacietatem. Omnia ista Dux ad suam tenet manum, exceptis illis 344. solidis sicut supra scriptum est, quod in Palatio debent ambulare. De forcia unde nos interrogatis; quas Joannes Dux nobis fecit, quod scimus, dicimus veritatem. I. Cap. Tulit nostras silvas, unde nostri Parentes herbatico, & glandatico tollebant; item tulit nobis Casale inferiore, unde Parentes nostri, ut supra diximus, similiter tollebant. Modo contradicit nobis Joannes. Insuper Sclavos super terras nostras posuit: ipsi arant nostras terras, & nostras runcoras, segant nostras pradas, pascunt nostra pascua, & de ipsas nostras terras reddunt pensionem Joanni. Insuper non remanent nobis Boves, neque Caballi; si aliquid dicimus, interimere nos dicunt. Abstulit nostros Casinos, quos nostri Parentes secundum antiquam consuetudinem ordinabant. II. Cap. Ab antiquo tempore dum fuimus sub potestate Græcorum Imperj habuerunt Parentes nostri consuetudinem habendi actus Tribunati domesticos, seu Vicarios, nec non Locoservator, & per ipsos honores ambulabant ad communionem, & sedebant in Consensu unusquisque pro suo honore: & qui volebat meliorem honorem habere de Tribuno ambulabat ad Imperium, quod

quod ordinabat illum Ypato. Tunc ille, qui Imperialis erat Ypatus, in omni loco secundum illum Magistrum militum procedebat. Modo autem Dux noster Joannes constituit nobis Centarchos, divisit populum inter filios, & filias vel generum suum, & cum ipsos pauperes ædificant sibi Palatia. Tribunatos nobis abstulit, liberos homines non nos habere permittit, sed tantum cum nostros servos facit nos in hoste ambulare: libertos nostros abstulit.... Advenas homines ponimus, casa, vel ortora nostra nec ipsos potestatem habemus. Græcorum tempore omnis Tribunus habebat sciphatos quinque, & amplius, & ipsos nobis abstulit. Fodere numquam dedimus, in Curte numquam laboravimus, vineas numquam laboravimus, calcarias numquam fecimus, casas numquam edificavimus, inegorias numquam fecimus, canes numquam pavimus, collectas numquam fecimus, sicut nunc facimus: pro unoquoque bove unum modium damus, collectas de ovibus numquam fecimus, quomodo nunc facimus, unoquoque anno damus pecora, & agnos: ambulamus navigio in Venetias, Ravennam, Dalmatiam, & per flumina, quod numquam fecimus. Non solum Joanni, hoc facimus, sed etiam ad Filios, & Filias, seu Generum suum. Quando ille venerit in servitium Domini Imperatoris ambulare aut suos dirigere homines, tollet nostros Caballos, & nostros filios cum forcia secum ducit, & facit eos sibi trahere sarcinas.... procul fere 30. & amplius milha tollit omnia eis quisquis habet, solum ipsa persona ad pede remeare facit in propria. Nostros autem Caballos aut in Francia eos dimittit, aut per suos homines illos donat. Dicit in populo. Colligamus exenia ad D. Imperatorem sicut tempore Græcorum faciebamus, & veniat Missus de Populo una mecum, & offerat ipsos Xenio ad D. Imperatorem: nos vero cum magno gaudio collegimus: quandoque venit ad ambulare, dicit: non vobis oportet venire: ego ero pro vo-

bis intercessor ad D. Imperatorem; ille autem cum nostris donis vadit ad D. Imperatorem, placitat sibi, vel filiis suis honorem, & nos sumus in grandi oppressione, & dolore. Tempore Græcorum colligebamus semel in anno, si necesse erat, propter Missos Imperiales. De centum capita ovium, quæ habebat, unum; modo autem quam ultimum tres habet, unum exinde tollit, & nescimus intueri per annum sui auctores exinde prendunt ista omnia: ad suum opus habet Dux noster Joannes, quod numquam habuit Magister Militum Græcorum, sed semper ille Tribunus dispensabat ad Missos Imperiales, & ad Legatarios euntes, & redeuntes, & ipsas collectas facimus, & omni anno volendo nolendo quotidie collectas facimus. Per tres vero annos illas decimas, quas ad S. Ecclesia dare debuimus ad paganos scavoseas dedimus, quando, eos super Ecclesiarum, & Populorum terras nos transmisit in sua peccata, & nostra perditione. Omnes istas angarias, & superpostas quæ prædictæ sunt, violenter facimus, quod Parentes nostri numquam fecerunt, unde omnes devenimus in paupertatem, & . . . . nostros Parentes, & convicini nostri Venetias & Dalmatias, etiam Græci sub cujus antea fuimus potestate. Si nobis succurrit D. Garolus Imperator, possumus evadere: sin autem melius est nobis mori, quam vivere. Tunc Joannes dux dixit. Istas silvas, & pascua, quæ vos dicitis, ego credidi, quod ex parte D. Imperatoris in publico esse deberent: nunc autem si vos jurati hoc dicitis, ego vobis contradicam. De collectis ovium in antea non faciam, nisi ut antea vestra fuit consuetudo: similitet & de Xenio D. Imperatoris: de opere, vel navigatione, seu pluribus angariis, si vobis durum videtur, non amplius fiat: libertos vestros reddam vobis secundum legem Parentum vestrorum, liberos homines vos habere permittam, ut vestram habeant commendationem, sicut in omnem potestatem Domini Nostri

faciunt. Advenas homines, qui in vestro resederint, in vestra sint potestate. De Sclavis autem unde dicitis accedamus super ipsas terras, ubi resedunt, & videamus, ubi sine vestra damnietate valeant residere, resideant: ubi vero aliquam damnietatem faciunt sive de agris, sive de silvis, vel roncora, aut ubicumque nos eos ejiciamus foras. Si vobis placet, ut eos mittamus in talia deserta loca, ubi sine vestro damno valeant commanere, faciant utilitatem in publico sicut & cæteros populos. Tunc prævidimus nos Missi D. Imperatoris, ut Joannes Dux dedisset vadia, ut per omnia prælata superposta glandatico, herbatico operas, & collectiones de Sclavis, & de angarias, vel navigationes emendandum: & ipsas vadias recuperet Damianus, Honoratus, & Gregorius: sed & ipse populus ipsas concessit Calcinias in tali vero tenore, ut amplius talia non perpetrasset. Et si amplius istas oppressiones ille, aut sui hæredes, vel auctores fecerint, Nostra Statuta componant. De aliis vero causis stetit inter Fortunatum Patriarcham, seu suprascriptos Episcopus, sive Joannem Ducem, vel reliquos Primates, & Populum, aut quiquid jurati concordarent, & dicerent secundum suum sacramentum, & ipsos breves, omnia adimplerent, & quod adimplere noluerint, de illorum parte componat coactus in Sacro Palatio auro mancosos lib. novem.

Hæc Dijudicatus, & Convenientia facta est in præsentia missi D. Imperatoris Izone presbitero, Cadolao, & Ajoni, & propriis manibus subscripserunt in nostra præsentia. Fortunatus misericordia Dei Patriarcha in hac repromissionis chartula a me facta mm. ss.

✠ Joannes Dux in hac repromissionis chartula mm. ss.
✠ Stauratius Episcopus in hac rep. char. mm. ss.
✠ Theodorus Episcopus
✠ Stephanus Episcopus
✠ Leo Episcopus

✠ Laurentius Episcopus

✠ Petrus peccator Diaconus S. Aquilejensis Metropolitanæ Ecclesiæ hanc repromissionem ex jussione D. mei Fortunati Sanctissimi Patriarchæ, seu Joannis gloriosi Ducis, vel suprascript. Episcoporum, & Primatum Populi Istriæ Provinciæ scripsi, & post roborationem testium chartulam roboravi.

II.

Concessione di Lodovico Pio ai Provinciali dell' Istria di eleggersi il Governatore, il Patriarca, i Vescovi, gli Abbati, i Tribuni, e gli altri Uffizj del Governo, anno DCCCXV. (v. fol. p. 119.)

In Nomine Domini, & Salvatoris nostri Jesu Christi. Ludovicus Divina ordinante clementia Imperator Augustus Fotunato Venerabili Patriarchæ, idemque omnibus Episcopis, Abbatibus, Tribunis, seu reliquis fidelibus nostris Istriæ Provinciæ commorantibus a majore, usque ad minorem. Sicut enim a primordio Urbis concessimus, ita & denuo per sacram auctoritatem nostram confirmare decrevimus, vestris justis petitionibus annuentes vid. ut unicuique secundum ordinem, & honorem dignitatis, & *Legem antiquam*, ut si aliquis vestrum ex hac luce discesserit inter vos Rectorem, & Gubernatorem, atque Patriarcham, Episcopos, Abbates, seu Tribunos, & reliquos Ordines, licentiam habeatis eligendi, ea scilicet ratione, ut unanimes, & concordes esse debeatis, pacem ad invicem, & justitiam consentientes, & conservantes, & qui potentiores fuerint minores sub omni custodia habeant, nulla tributa illicita supponere præsumant, sed omnes generaliter in Dei voluntate fideliter, nobis, & filiis nostris deservire studeatis Patriarcha, Episcopi, Abbates, & reliqui Sacerdotes, Canonici viventes

non præsumant, & si (quod absit) Diabolo suadente, inter vos rixas, & contentiones, aut oppressiones pauperum faciatis, & mandatum nostrum transgressi fueritis, aut fidelitatem nobis repromissam, suis in tempore non conservaveritis, sciatis pro certo vestram esse culpam, & si non emendaveritis, legalem, & capitalem super vos manere sententiam. Et quicumque judicatum, quod Legati Domini, & Genitoris nostris Izo Præsbiter, & Cadola, atque Ajo Comites per jussionem ejusdem Domini, & Genitoris nostris inter vos constituerunt, & Primates Populi vestri centum, & septuaginta duo per Sacrementum confirmaverunt, ut si aliqua contumacia violaverit, noverit se pœna, quæ in ipso Judicatu conscripta est, esse mulctandum, idest novem libras auri ad Palatium noſtrum debeat solvere, & ut hæc auctoritas nostris futurisque temporibus Deo protegente firmiter habeatur, & per futura tempora melius conservetur, more nostro scribere, & de bulla nostra jussimus sigillari.

Questo Diploma è accennato dal Dandolo *sotto l'anno DCCCXV.*

III.

Trattato di amicizia fra le Città di Venezia, e di Capodistria: Anno DCCCCXXXII. (v. fol. p. 130.)

In Nomine Domini &c. Regnante Domino nostro Ugone Serenissimo Rege Anno sexto, die quarto decimo mensis Jannuarii, Indictione quinta. Actum in civitate Justinopoli: Opera caritatis, & fructus optimæ voluntatis semper animum e retributione . . . . obsequium debet accendere maxime erga eos, qui gratuitum semper, & salutis impendunt auxilium, ideoque quia divina gratia inspirante, vos D. Petrus Imperialis Prothospatarius, & gloriosus Veneticorum Dux filius Petri Ducis Candiani omnibus vestris tempo-

ribus, & usque ad præsens populum Civitatis nostræ suprascriptæ Justinopolis mente benevola protexistis, & de nostra salvatione curam semper tamquam Pastor Optimus habuistis, & deambulavimus semper cum securitate, & pace per vestros fines, nullumque gravamen, nec violentiam ibi perpessi sumus, jam antea de vestris debuimus cogitare honoribus, sed per nostra negligentia remansit hoc. Nunc igitur quamvis tarde prævidimus omnes de Civitate prædicta nostra optima voluntate, nulla interveniente violentia, neque districtione etiam nemine unquam cogente, aut suadente, sed læto corde, & animo ut juxta quod possemus, vel de fructibus terræ nostræ vicem gloriæ nostræ recompensemus, & honorem in aliquo impendamus. Quapropter Nos quidem Andebertus Locopositus, & Joannes Scavinus Faragarius Advocatus totius Populi: Andreas Scavinus filius Concordi, Petrus Scavinus de Joannone, Dominicus Scavinus de Anastasia, Amelgericus, Mandericus, Petrus de Barantonio, Dominicus Veneticus; Joannes filius Giselpergi, Dominicus filius Fælicis de Baratomnio, Joannes de Justanne, Folchardus, Joannes de Magnane, Leo frater ejus, Petrus de Dignogne, Joannes Camponego, Vitalis frater ejus, Sabbatinus filius Vitalis Carsannino cum consensu totius Populi nostri, & nostra spontanea voluntate legationis istius causa ad vestram præsentiam venimus, promittentes nos vobis per omnem annum usque dum in hoc sæculo vixeritis, nos omnes suprascripti insimul cum Populo, honoris causa donare Vinum bonum amphoras centum per tempus vindemiæ, sive de nostro, sive de Populi parte, vel quocumque modo potuerimus, itaut nulla inde nobis sit negligentia, & hoc liberare promittimus infra decem dies, quoniam justum, & rectum est, propter quod multam benignitatem, & omnem bonitatem circa nos semper impenditis: quod si hoc observare neglexerimus, & diebus vitæ vestræ ipsum Vinum vo-

bis singulos annos per tempus vindemiæ non dederimus, duplum dare vobis promittimus, ideoque promittentes promittimus, ut semper vestrum Populum salvare, & defensare debeamus a cunctis adversitatibus, ita ut nullam ab aliquo læsionem vel fortias patiantur. Et quidquid de nobis, vel Populo nostro aliquod debitum trahere debet, vel in antea vestri suam crediderint causam, sine intermissione liberare debeamus. Quod si ex Nobis hoc aliquis non observaverimus, componere promittimus auri libras V.

Antonius Filius Joannis de Melinda consentiens.
Benedictus Gener Joannoni consent.
Andreas Cognatus ejus consent.
Benedictus filius Petri de Mabra consent.
Mauritius de Justino consent.
Sergius filius Giselbergi consent.
Benedictus Nepos Fulghani consent.
Sergius filius Natalis consent.
Martinus filius Vitalis consent.
Altercarius consent.
Joannes Gener Petronii de Senatore consent.
Joannes Gener Marini consent.
Ato filius Godertini consent.
Joannes filius Teupaldi consent.
Julianus filius Martini de Justino consent.
Ursus de Bonnane consent.
Joannazzi filius Parsivi consent.
Joannes filius Feliciani de Melinda consent.
Martinus filius Gregorii consent.
Joannes filius Theodosii consent.
Andebertus Gener Joannazzi de Piagnimo consent.
Dominicus filius Gaspergani consent.
Dominicus filius Haleni consent.
Accius frater Folchardi consent.

Dominicus de Liporga consent.
Latinus consent.
Joannes de Settagogucia consent.
Teudericus, Ursus Citula, Martinus Cabacurdo
Dominicus Vitalis de Rabtuzadino
Ursus Gutillus, Jonazzi de Alfigunda
Dominicus de Istria, Ciontori Antici
Petrus filius Petri Juventini Dominatrino
Daniel Ministerialis, Georgius de Armenusa de Insula
Accius Lucianus Bonetus, Dominicus frater ejus
Laurentius, de Calcariola
Mauritius Stephanus de Cannevo
Bonaldus filius Teudoreni Bonolago Ravennate
Vitalis Caput Ducis de Culisiano
Roncausus Joannis Jertodetta
Lubritius, Joannes frater ejus
Joannes de Bonnisilio
Dominicus filius Martiani de Lupardo
Barantius Augustus de Montenario

Ego Gregorius Diaconus, & Notarius per consensum populorum scripsi, atque firmavi.

IV.

Nuovo Trattato di confederazione fra Venezia, e Capodistria; anno DCCCCLXXVII. (v. fol. p. 132.)

In Nomine Domini &c. Imperante D. nostro Ottone Ser. Imperatore Anno quarto die XII mensis Octobris Indictione quinta. Actum in Civitate Justinopoli.

Denique cum Nos omnes Sygardus Comes una cum cunctis habitantibus Civitatis Justinopolis tam majores quam mediocres quam minores convenientes una vobiscum Petro Urseolo

Urseolo gloriosissimo Domino Veneticorum Duce, quamque, & cum cuncto Populo vestro propter decessum Antecessoris tui Petri Candiano Ducis, cum cunctæ essent cartulæ ab igne crematæ tam vestras, quam similiter & nostras, iterum ob refermandam pacem, & convenientiam, & pro amore dilectionis, & caritatis, cuncta a Nobis purgata præterita discordia per hanc presentem convenientiam, & constitutionem plenissime affirmamus, ut omnibus prefuturis temporibus amodo in antea omnes vestri fideles ad loca nostra Civitatis Justinopolis ire, & redire, & negociari securiter, absque alicujus ex nobis contrarietate debeant, & nullum Telonium ab eis nihil sumere debeamus, sed pacifice remeare ad propria debeant, quia Vos a vestra digna mercede, ita nostris de dicta Civitate ostendere dignati estis, unde Nos vestris predecessoribus soliti facere fuimus servitium de centum Amphoris Vini, & iterum dare, & adimplere quolibet anno debeamus tam Vobis, quam Successoribus vestris in perpetuum, & in nostra Civitate habuerit hominem. Cæterum si aliquis ex vestris venerit ad loca nostra morando, *legem inquirere voluerit secundum consuetudinem nostram, & vestram facere debeamus*; si autem (quod absit) omnes habitantes Istriæ vobiscum aliquam turbantiam, vel molestiam habuerint Nos vero absque eo prædictas centum amphoras de Vino quod rectum est, quemadmodum pristinis temporibus factum fuerit, Vobis persolvere debeamus absque ulla occasione proponenda. Et si omnes Civitates Isttiæ, ut diximus, inter vos, & illos rixa, aut contentio, vel abjurgatio aliqua acciderit ad invicem, nostra Civitas cum cuncto Populo in ea commorante, Vobiscum observare debeamus pacem, & verissimam caritatem: & si Unus ex nostræ civitatis de foris consistentibus in aliquo insurgere contra vestros præsumpserit, Nos autem uno corde, & animo omnes adjutores, & defensores esse debeamus. Itemque statuimus, ut ipsi homines de prædicta nostra Civitate nullum alium hominem de aliquo

loco, vel Civitate vestra secum adducere debeat potestatem; vel aliquo modo, & ordine introducere ad emendum aliquem *legem inter utrasque partes invicem adimplere debeamus, ut semper solitum extitit a nostris præcessoribus*. Hæc cuncta ut supra continet omnibus prefuturis temporibus observare, & adimplere promittimus absque jussione Imperatoris. Quod si non observaverimus cuncta, ut supra cernitur, & fuerit clare factum, componere promittimus omnes Nos una cum nostris hominibus vobis Domino Petro Duci, & Successoribus auri libras quinque, & hæc charta nostræ confirmationis omnibus prefuturis temporibus Ducis, & Christi adjutorio in sua maneat plenissima firmitate.

Actum in Civitate Justinopoli, die..... secunda indictione fel.

Signum manus D. Sygardi Incliti Comitis manu sua scribere rog.

Signum manus Petri Locopositi scripsi. ego Petrus m. m. inscripsi.

Signum manus Albini Generis Joannis de Ruttane Testis.
Signum manus Olmani Scavini Testis.
Signum manus Benedicti Testis.
Signum manus Umbrani fratris ejus Testis.
Signum manus Joannis filii Mariæ de Nohæ Testis.
Signum manus Ardundi filii Maderi Testis.
Signum manus Joannis, qui fuit Andreandi Testis.
Signum manus Maurici filii Dominici de Salva Testis.
Signum manus Argausti Testis.
Signum manus Juliani Testis.
Signum manus Martini Testis.
Signum manus Dominici de Dedis Testis.
Signum manus Dominici Joannaci Testis.
Signum manus Augusti Testis, & Joannis de Paula Téstis.
Signum manus Marcelli Testis.

Signum manus Petri Testis, qui fuit Joannes Zamponago Testis.

Signum manus de Anastasio Testis.

Signum manus filii Petri de Crusia Testis.

Signum manus Joannis filii Felicitatis de Molanda Testis.

Signum manus Vitalis fratris ejusdem Testis.

Signum manus Joannis Generis ejus Testis.

Signum manus Felicis filii ejus Testis.

Signum manus Vitalis filii Sabbatini Testis.

Signum manus Vitaliani Testis.

Ego Petrus Diaconus, & Notarius hujus Civitatis Justinopolis manu mea propterea scripsi, atque firmavi.

V.

Trattato di Pace fra Winterio Marchese d' Istria, e Pietro Candiano II Doge di Venezia, anno DCCCCXXXIII. (v. fol. p. 136.)

In nomine Christi. Regnante D. Nostro Ugone Sanctissimo Rege anno septimo, Lothario vero filio ejus in Dei nomine Regnante anno secundo, die XII. mensis Martii, ind. sexta, actum Rivoalto. Cum nos Wintherius, & homines nostri invasimus res proptietatum de Patriarchatu vestro Gradensi S. Hermachoræ, quas in finibus Polanæ, & Istriæ habet, & similiter res Palatii vestri Venet., & de Episcopatu Venet. quas ipse Palatius, & sui Episcopati in Polla, & in omnibus finibus Istriæ habet, & debita, quæ Istrienses ad Veneticos solvere debebant, detinebamus, ut justitias minime invenire poterant Venetici, & suprapositas eis per civitates imponebamus, etiam naves eorum comprehendimus, & deprædavimus, & homicidium in Veneticos fecimus: unde maxima lis inter nos, & Veneticos accrevit propter hoc malum, quod in Veneticos

exercuimus, D. Petrus gloriosus Dux Venetiarum præcepit, ut nullus Veneticus Istriam pergeret, nec Istrienses Venetias advenirent: hoc videntes nos Wintherus Marchio Missos dixerimus ad D. Marinum Patriarcham, ut pro Dei omnipotentis amore intermitteret se ad D. Petrum Eminentissimum Ducem, ut pacem cum nobis, & cum nostro Populo faceret, & negotia Venetici cum Istriensibus exercerent, sicut soliti fuerant facere. Tunc prædictus D. Marinus egregius Patriarcha exiit a sua Civitate Gradensi, venitque ad suum seniorem D. Petrum Eminentissimum Ducem, & admonuit eum, ut pro Christi amore Pacem faceret, & malum pro malo non redderet, sed quod contra legem factum haberet, secundum scire parti emendaret; Ad hæc monita mente D. Petri piissimi, & gloriosissimi Ducis compuncta condoluit, unde ipse denique D. Petrus Dux ammonitus Divina, & Apostolica precepta in devotione a promissione Istriensium esse devota, per hanc chartam misericordia motus, & per sanctas Dei Ecclesias, & pauperibus Christi ad pacem, & concordiam sua mente reduxit, & omne malum, quod contra suos Istrienses degerunt, pro Divino amore reliquit. Ideo ego Wintherus Marchio una cum Jo: Episcopo Urbis Pollanæ, & cum cæteris Istriensibus Episcopis, & cum omni Populo Istriensi prona mente, & spontanea voluntate promittentes promittimus, & amodo, & deinceps in nullas proprietates de vestro Patriarchatu Gradensi S. Hermachoræ, nec de illas de vestro Palatio, nec de cunctas res sanctorum Ecclesiarum Dei, quas in vestro Episcopatu Venet. pertinet, in totis finibus Pollani, & Istriæ, quas ille, & Venetici ubicunque habere, & possidere visi sunt in finibus Istriæ, nullo unquam tempore nos in eas intromittere; nec in aliquo occupare debeamus, sed semper in suo statu, & in vestra Dominatione manere debeant, ita ut non per nos, neque per sumissam personam ab aliquo mali patiantur, sed semper ab omnibus nostris, qui sub nostra potestate degunt,

defensæ ipsæ proprietates, & homines vestri maneant: & vestra dominatio per nostros fideles, & ipsos colonos discurrat. Simili modo promittentes promittimus, quod omne debitum, quod Istrienses Veneticis solvere debent annuatim justitias facere debeamus; usque promittimus de omnes superpositas, quæ factæ fuerunt, ut in æternum non inde memoretur, sed secundum antiquam consuetudinem pro unaquaque Civitate ripatica, & telonea solvantur, ita ut amplius eis non imponantur; itemque promittimus, ut nullo unquam tempore cum nostræ naves super vestris in contrarium ire non debeamus, ne vestri Venetici mala patiantur, sed omni tempore syncere, & cum caritate ab invicem vobiscum manere debeamus, & omnem legem, & justitiam vestris Veneticis observare promittimus. Super hoc autem pollicemur, ut si jussio Regis venerit, ut contra Veneticos aliquod mali agatur, primitus cum nos potuerimus scire, eos faciemus, ut inlesi ad suam patriam revertantur, & hæc inviolabiliter observare promittimus, nos cum nostris successoribus ac hæredibus, ac prohæredibus. Quod si quocumque tempore per vim nos proprietatem de vestro Patriarchatu Gradensi S. Hermachoræ, aut de Palatio vestro, aut de Sanctarum vestrarum Ecclesiarum, aut de vestris fidelibus invadere præsumpserimus, incurramus in iram omnipotentis Dei, & Sanctorum ejus, quorum res invadere presumpserimus, & insuper componere promittimus cum nostris hæredibus vobis, & in Palatio vestro auro fulvo lib. C medietatem cui forcia facta fuerit, & medietatem Palatio Regis Italico regno præsidenti: & hæc promissionis charta maneat in sua firmitate. Hanc vero chartam repromissionis tradidimus scribendam Georgio Diacono, & Notario de Civitate Justinopolis. Acta vero Rivoalto.

Signum manus D. Winticherii Marchionis, qui hoc fieri rogavit.

Ego Jo: Episcopus Pollanæ Ecclesiæ mm. SS.

Ego Firminus Episcopus mm. SS.

Signum manus Rocioni de Civitate Polla ad omnia consentientis.

Signum manus Martini filii Constantini consen.

Ego Andebertus Locopositus de Civitate Justinopoli consent.

Signum Leonis filii Passivo consen.

Signum Dominici Locoposito de Trieste consen.

Signum Jo. filii Olivæ de Trieste.

Signum manus Anderadi Scavino filii Dominici Pepolo de Tergeste.

Signum manus Dominici filii Olivæ de Castro Mugla consen.

Signum manus Juliani de Mugla consen.

Signum manus Venerii de Augusto de Castro Piriano consen.

Signum manus Felicis filii Ravenni de Pirano consen.

Signum manus Dominici Scavino de Anastasia consen.

Signum manus Maurocini de Justinop. consen.

Signum manus Jo. de Justinop. consen.

Signum manus Anderadi fratris D. Jo. Episcopi consen.

Signum manus Uberti, cui cognomentum Pepulino consent.

Ego Georgius Diaconus, & Notarius de Civitate Justinopoli ex jussione Wintherii Marchionis hanc repromissionis chartam scripsi, complevi, atque firmavi.

De Civitate Polæ sunt Rocius, Martinus, Leo filius Passivo, & Jo. Basiliacus: de Parentio Leo de Walteramo, Dominicus de Juventino, Odelricus, Theodorus Tribunus.

De Civitate nova Leonianus, & Jo. cognatus Formino Episcopus.

De Pirano Felix Scavineus, Andreas Justulago, Rissus Ansaldus.

De Civitate Capras Andibertus Locopositus, Andreas Aquabrolus, Dominicus de Anastasia, Petrus de Zunani.

De Mugla Venerius Guzolinus, Dominicus de Oliva Antius.

De Tergeste Dominicus Locopositus filius Senadri, Andreas filius Dominici Pepoli, Jo: de Olivo Rosiderius.

VI.

Concessione in Feudo a Francesco Verzi del Castello di S. Giovanni del Corneto, MCVI (v. fol. p. 150.)

Hoc est exemplum cujusdam instrumenti, cujus tenor per singula talis est. In nomine Dei eterni: Regnante Domno nostro Henrico Ser.mo Imperatore, anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi millesimo centesimo sexto, indictione quarta decima, die sexto mensis Maii. Actum in Villa Humagi dieccsis Emonie; Quoniam ego quidem Odelricus Patriarcha Aquilegiensis Sedis per consensum summi Pontificis, & Coradi Comitis Aquilegiensis Do, tribuo, atque concedo tibi Francisco de Guerciis nobili Justinopolis Civitatis prefati Patriarchatus tanquam fideli Vasallo Ecclesie Dei, & Sancti Ermacore, ac Curie Aquilegiensis, quod deinceps possis & valeas relevare, ac redificare Castrum alias vocatum Castiel Sancuan di Corneti, quod de mandato meo, & de consensu Curie Consilii Aquilegiensis destructum & ruinatum fuit per *Odelricum Marchionem Istrie*, ultra hoc quod possis tu, & Successores tui in perpetuum ipsum in culmine tenere, & de eo usufructuare ad libitum voluntatis tue & successorum tuorum, observando semper erga predictum Patriarchatum fidelitatem vassalitatis, habendo ipsum Castrum jure perpetualis feudi cum omnibus suis juribus, & actionibus, pasculis, aquis, silvis, nemoribus & piscationibus prout prius ante ruinationem ejus utebatur & usufructuebatur, & presen-

tialiter utitur, ita vero quod ne molestiæ prefate Curie unquam dari possit tam per Comunitatem villarum Sancti Laurentii & Humagi prefati vicinarum ipsius olim Castri pro pasculis & aquis. Ad presens ego cum prefato Consilio do, atribuo, atque consigno confinia dividentia territorium ipsius olim Castri a territoria Comunitatum predictarum villarum, & primo incipiendo a parte ville S. Laurentii, ubi est putheus penes mare, dico cum predicto Consilio, quod possis uti usque ad mare, meando ultra ipsum putheum per directam viam per cubitos triginta duos versus dictam villam, tendendo semper directo tramite ultra ipsum putheum, & per longitudinem eundo infra Castiglionum, & Bullearum in tantum quod ista longitudo sit quinque miliarorum, & non ultra, & ista erunt confinia a parte S. Laurentii predicti: a parte altera versus villam Humagi dico & volo, quod Ecclesia, que est super mare noviter edificata ad honorem S. Pelegrini per illam Comunitatem Humagi sit directus terminus, & confinis tum tui territorii quam dicte Ville, & habens pro longitudine ipsius capitis per rectam viam semper meando, incipiendo ab ipsa ecclesia usque ad illum saxum incrosatum, qui distat ab ipsa Ecclesia S. Pelegrini per quinque miliaria vel paulo minus, & ab illo saxo recede directo tramite usque ad aliud caput, ubi comissum fuit Comunitati Ville S. Laurentii, quod debeat edificare pilonum lapideum pro concernentia dictorum confinium; De quo autem Castro cum omnibus suis juribus & pertinentiis supradictis & contignatis ac declaratis habeas tu Franciscus de Verciis cum omnibus successoribus tuis tam de prole tua quam non usque in perpetuum: Pro quo quidem feudo, & omnibus suprascriptis annuatim contribues tu & quilibet successor tuus in perpetuum mihi & successoribus meis vel prefato Pàtriarchatui in festo S. Hermacore libras quinque mire & totidem cere albe in dopleriis laboratis & similiter in festo S. Pelagii Ecclesie sive Episcopatus Emonie, sub cujus Diecesi est dictum

ctum Castrum. Preterea do & cum dicto Consilio concedo tibi & omnibus successoribus tuis in perpetuum merum & mixtum imperium, prout ante ruinationem ejus observabatur, ut naturalis Dominus, & si quocumque tempore ego suprascriptus Oderlicus Patriarcha, aut aliquis successor meus, nec non extranei, vel aliqua persona, qui contra hanc nostre traditionis & donationis seu investitionis cartam agere temptaverit aut per aliquodvis ingenio corrumpere vel frangere voluerit fiat compositurus tibi suprascripto Francisco vel successoribus tuis de dicto olim Castro optimi auri libras decem, & insuper habeat maledictionem Dei Omnipotentis & Beate Marie Virginis, & Sancti Ermacore, & mei Patriarche hujus Ecclesie. Signum meum Ego Dominus Oderlicus Patriarcha qui hanc cartam donationis & investitionis scribere rogavit. Signum meum Coradi & auctor consentiens. Signum meum Engellardus Episcopus Civitatis Pole. Interfuerunt. Signum meum Adalperti testis. Signum meum Papo testis. Signum meum Petalo testis. Signum meum Carlo testis. Ego Ubertus Notarius hanc donationis & investitionis cartam manu mea scripsi atque firmavi.

In Christi nomine amen. Anno ejusdem millesimo quadrigentesimo decimo septimo, indictione decima, die vigesimo sexto mensis Septembris. Hoc exemplum per me Silvestrum subscriptum Notarium sumptum ex auctentico, scripto manu predicti Uberti Notarii coram spectabile & egregio Viro Domino Marco Polani honorando Potestate, & Capitaneo Justinopolis insimiatum fuit, & in ejus presentia per me ipsum Silvestrum & alios suprascriptos Notarios diligenter cum auctentico ascultatum, & cum idem Dominus Potestas & Capitaneus cognoverit illud cum ipso auctentico concordare, ut adhibeatur eidem exemplo plena fides de cetero suam, & Comunis Justinopolis auctoritatem interposuit & decretum.

(Signum) Notarii. Ego Leazarius Poncello Imperiali auctoritate Notarius hoc exemplum cum istis Ser Simone, Petro, Antonio, & Silvestro Notariis hoc auctenticum instrumentum manu dicti Uberti Notarii coram antedicto Domino Potestate & Capitaneo diligenter & fideliter ascultavi & quod utrumque concordare inveni de ipsius Domini Potestatis & Capitanei mandato in ejusdem exempli plenam fidem, & testimonium me subscripsi.

(Signum) Ego Simeon de Victore Imperiali auctoritate Notarius hoc exemplum a suprascripto Ser Leazario, & infrascriptis Petro, Antonio, & Silvestro Notariis ad auctenticum instrumentum manu dicti Uberti Notarii coram dicto Domino Potestate, & Capitaneo diligenter & fideliter auscultavi, & quod utrumque concordare inveni de supradicti Domini Potestatis & Capitanei mandato, in ejusdem exempli plenam fidem & testimonium me subscripsi.

(Signum) Ego Petrus de Gavardo Imperiali auctoritate Notarius hoc exemplum cum suprascriptis Ser Leazario, & Ser Simone & infrascriptis Ser Antonio & Ser Silvestro Notariis ad auctenticum Instrumentum manu dicti Uberti Notarii coram dicto Domino Potestate & Capitaneo diligenter & fideliter auscultavi, & quod utrumque concordare inveni de ipsius Domini Potestatis & Capitanei mandato in ejusdem exempli plenam fidem & testimonium me subscripsi.

(Signum) Ego Antonius de Giroldo Imperiali auctoritate Notarius hoc exemplum cum suprascriptis Ser Leazario, & Ser Simone, & Ser Petro ac infrascripto Ser Silvestro Notario ad auctenticum instrumentum, manu dicti Uberti Notarii coram dicto Domino Potestate & Capitaneo diligenter & fideliter auscultavi, & quod utrumque concordare inveni de ipsius Potestatis & Capitanei mandato in ejusdem exempli plenam fidem & testimonium me subscripsi.

(Signum) Ego Silvester de Adalpero quondam Ser Nicolai Notarii de Justinopoli publicus Imperiali auctoritate Notarius, & nunc

Comunis Justinopolis Cancellarius hoc exemplum ex auctentico scripto manu predicti Uberti Notarii fideliter scripsi, & postmodum in presentia antedicti Domini Potestatis, & Capitanei cum predictis Ser Leazaro, Ser Simone, Ser Petro, & Ser Antonio Notariis diligenter cum ipso auctentico ascultavi ed quod utrumque concordare inveni de ipsius Domini Potestatis & Capitanei mandato ad ejusdem exempli plenam fidem & testimonium me subscripsi, signumque meum apposui consuetum.

VII.

Lauda di Volrico Patriarca pel censo della Chiesa di S. Pancrazio di Gratz, anno MCLXXIV. (v. fol. p. 154.)

Ex Tabulario Ecclesiæ Aquilejen.

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Anno Dominice Incarnationis M.C.LXXIIII. Indictione VII. quinto die mensis Januarii in Castro de Obremburg. Nos quidem Volricus Dei gratia Sancte Aquilejensis Ecclesie Patriarcha, Apostolice Sedis legatus, de controversia quam dilectus Frater noster Richerus Beleniensis abbas pro Ecclesia S. Pangratii de Gratz more antecessoris sui cum Pertoldo Saunensi Acrhidiacono habebat diligenter cognovimus. Que utique talis erat: dicebat enim abbas quod predicta Ecclesia sibi de jure foret expedita, & quod idem Archidiaconus XIIII. sibi marcas dare teneretur, & insuper offitii sui periculum incurrere deberet, & hoc ideo quod ea que inter antecessorem ipsius, & eumdem Archidiaconum prius statueramus, & in scriptis redegeramus minime observaverat. Archidiaconus vero dicebat, quod tum ex persecutione quam a *Marchione Istrie nomine Pertoldo* & ab aliis sustinebat, tum etiam ex nimia paupertate predicta complere nequiverat, & misericordiam petebat. Nos igitur securitate pro interpositione fidei ab ipsis recepta, ita quod mandatis nostris in hac parte absolute obbedirent, eamdem controversiam consilio Fratrum

nostrorum sic decidimus. Prefato siquidem Archidiacono, Ecclesiam S. Pangratii ab Abbate investiri fecimus eo tenore ut ipse suprascriptas Marcas argenti nomine census annatim in Purificatione beate Marie abbati & ejus Monasterio persolvat. Archidiaconus vero postea eandem Ecclesiam abbati refutavit ita ut si debitum censum statuto tempore Monasterio ejus non persolverit ipsa Ecclesia sit Abbati expedita, & eam cui volverit absque omni contradictione committat. Pro subtectis etiam *si* Marchis Abbati vadiari fecimus pro quibus Piligrinus Civit. prep. fidei jussor est constitutus ita ut si usque ad proximam dominicam qua cantabitur Reminiscere sibi persolute non fuerint ipse prep. in bonis suis auctoritate nostra pignoret. Ad hec Archidiaconus in manu nostra sub fidei Sacramento promisit, quod omnia que ab eadem Ecclesia alienavit usque ad proximum festum S. Johanis Baptiste expediet & eidem Ecclesie restituet. Quod si non fecerit tam de violatione fidei quam de dilapidatione Ecclesie reus teneatur & judicetur. In his autem severitate juris det . . . . mus ut senectuti, & necessitati Archidiaconi consuleremus. Quod ut verius credatur, & firmius observetur, hanc paginam inde conscribi & sigillo nostro insigniri fecimus. Interfuerunt Fratres nostri Gerardus Concordien. Episcopus, prefatus prep. Leonardus Concordien. Canonicus, Henricus Plebanus S. Michaelis de jure, Comes Henricus de Hortemburg, Weriandus de Heenk. ♉ olricus de Plavin &c. Ego Romulus Aquil. Magister Scolarum, & Domni Patriarche Notarius mandato ipsius scripsi sigilavi, & dedi.

VIII.

Assegnazione de' Beni e rendite al Vescovato di Capodistria fatta dai Consoli della Città, anno MCLXXXVI (v. fol. 170.)

In nomine Domini Dei eterni. Regnante Domino nostro

Frederico Piissimo Imperatore, anno Domini millesimo centesimo octuagesimo sexto, indictione quarta, mensis Julii quinto die intrante. Actum in Civitate Justinopolitana in Majori Ecclesia in præsentia Nuntiorum Domini Papæ, scilicet Magistri Gualandi, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Subdiaconi, e Magistri Finosi, Domini Papæ Capellani; & coram Nuntiis Domini Gottoffredi Sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ Patriarchæ, Magistro Ranulo, & Magistro Ubaldo, & Domino Hermano Thesaurario.

Constat, Nos quidem Almericum Justinopolitanæ Civitatis Potestatem, & Consules, scilicet Litifredum, Joannem, Saracenum, & Leonem, de voluntate, & consensu Communis nostræ Civitatis, Donationem, & omnis nostræ actionis, quam habemus, finem, & refutationem super Altare Sanctæ Mariæ prædictæ Civitatis fecisse, de possessionibus nostro Episcopatui assignatis, quas habere, & tenere visi sumus &c., (*e termina*) Ad hæc interfuerunt Dominicus Diaconus, & Decanus præfatæ Civitatis Justinopolitanæ, Bernardus Archidiaconus, Bonifacius Magister Scolarum, Venerius Diaconus, & Thesaurarius, Germanus Sacerdos, Martinus Sacerdos, Petrus Sacerdos, Salvator Sacerdos, Justus Diaconus, Martinus Subdiaconus, Joannes, & Joannes Subdiaconi, Petrus Petolus Capellanus, Rantulphus Judex dictæ Civitatis Justinopolitanæ, Mengotius Judex, Joannes Judex, Adolperius Notarius, Hermanus Major, & alii quamplures.

Ego Almericus Jnstinopolitanæ Civitatis Notarius interfui, & de præcepto prædicti Potestatis, & Consulum, & Communis hanc Cartulam manu mea propria scripsi &c.

IX.

Giuramento della Città di Parenzo, *MCL.* (v. fol. 190.)

Nos quidem omnes de Parentio scil. Ego Archipresbiter,

& Rozus Gastaldio &c. (*sequuntur nomina sex Civium*) per Communem consensum, & collaudationem omnium vicinorum nostrorum majorum, atque minorum iu præsentia Dominici Mauroceni filii Ducis Venetiarum, & Marci Gradonici Capitaneorum Stoli Venetorum, & multorum Sapientum, & Nobilium Veneticorum in ipso stolo super Sancti Dei quatuor Evangelia juramus fedelitatem D. Nostro Dominico Mauroceno Dei gratia gloriosissimo Duci Venetiæ, Dalmatiæ, atque Coratiæ, & totius Istriæ Dominatori, & ejus successoribus in perpetuum fidelitatem similiter facere, & observare promittimus. Beato vero Marco Apostolo, & Evangelistæ per unumquemque annum XV. libras olei luminaria dabimus, & omnes Veneticos salvos, & securos, sine omni datione in omnibus partibus sicut nostros Concives habere, & manutenere debemus. Domino vero Duci omni anno XX. anatres dare promittimus, & ejus successoribus similiter; & insuper si Venetia per commune stolum fecerit ad Iadram, vel ad Anconam Nos vobiscum stolum facere promittimus, nisi per vos remanserit, & a duodecim annis, & super omnes fidelitatem D. Duci, & ejus successoribus facere debemus, & Sacramentum singulis ducibus renovando usque in perpetuum observare, & adimplere promittimus.

Ego Vivianus Scriptor &c. autenticum istum cum tribus sigillis ceræ sigillatis, & uno sigillo de plumbo posito per præmemoratum Ducem vidi, & exemplavi.

X.

Giuramento di Rovigno MCL. (v. fol. p. 190.)

Nos quidem omnes de Ruigno, Penzo, & Bertoldus, & Nodizzo &c. (*sunt autem nominati circiter quindecim*) per consensum omnium Vicinorum nostrorum majorum, & mino-

rum juramus super Sancta Dei quatuor Evangelia amodo in antea obedire Beato Marco, & fidelissimo permanere Domino nostro Dominico Mauroceno inclito Duci Veneticorum dum vixerimus, & ei, qui post eum venerit, similiter jurare, & fidelitatem retinere debemus. Insuper omni anno quinque Romanatos ad operam Sancti Marci deliberare debemus, & omnes Veneticos salvos, & securos, & sine omni datione in omnibus partibus nostris retinebimus, & manutenebimus.

Ego Vivianus scriptor &c. Autenticum istum cum tribus sigillis ceræ, & uno sigillo plumbo posito per prememoratum Ducem vidi, & exemplavi.

XI.

Giuramento di Umago, *MCL.* (v. fol. p. ibid.)

V. Michael legatus Humaghi &c. Nos omnes de Humago juravimus super sancta Dei quatuor Evangelia fidelitatem Beato Marco Apostolo, & Evangelistæ, & Dominico Mauroceno Inclito Duci, & ejus successoribus in perpetuum Sacramentum singulis Ducibus renovare, & omnes Veneticos salvos, & securos sine omni datione in omnibus partibus sicut nostros Concives habere, & manutenere debemus, & si commune Venetum stolum fecerit ad Jadram, vel ad Anconam, Nos vobiscum stolum facere promittimus, nisi per vos remanserit. Et Domino Duci omni anno in mense Septembris Romanatos duos persolvere debemus, & ejus successoribus &c.

Ego Vivianus Scriptor &c. autenticum istum cum tribus sigillis, & uno sigillo de plumbo posito per prememoratum Ducem vidi, & exemplavi.

XII.

Giuramento di Cittanuova, *MCL.* (v. fol. ibid.)

Nos quidem omnes de Civitate Nova juravimus super quatuor Dei Evangelia fidelitatem Beato Marco Apostolo, & Evangelistæ, & Domino nostro Dominico Mauroceno Inclito Duci Venetiarum, & ejus successoribus in perpetuum similiter facere, & observare promittimus. Beato vero Marco Apostolo per unumquemque annum quadraginta libras Olei ad Luminaria dare promittimus. Et omnes Veneticos salvos, & securos sine omni datione in omnibus partibus sicut nostros Concives habere, & manutenere debemus, & stolum vobiscum facere ad Jadram, & Anconam. Nos vobiscum stolum facere promittimus, nisi per vos remanserit.

Ego Vivianus Scriptor &c. autenticum istum cum tribus sigillis ceræ, & uno sigillo de plumbo posito per prememoratum Ducem vidi, & exemplavi.

XIII.

Giuramento della Città di Pola, *MCL.* (v. fol. ibid.)

Nos quidem Andreas Deloposito (*Locopositus*) *&c.* (*Hic ommissa sunt in Codice nomina aliorum* 14. *Civium Polæ*) cum consilio Episcopi nostri, omniumque nostrorum Civium majorum, ac minorum in Persona D. minici Mauroceni filii Ducis, & M. Gradenici Capitanei Stoli Venet. & multorum sapientum Venetorum in ipso stolo, juravimus fidelitatem D. Dominico Mauroceno inclyto Duci Venet. ejusq. successoribus in perpetuum, & jurantes juravimus, & stabilientes stabilivimus, quod omnes nostros homines a duodecimo anno in antea eandem fidelitatem præfato D. Nostro Duci facere compellemus &

omnibus

omnibus successoribus ejus in perpetuum, nos omnes sicut intenti fuerimus, simili modo fidelitatem facere debemus, & omnes Venetici salvi, & securi, & sine omni datione in omnibus nostris districtibus, in mari, & in terra esse debent. Et a prima nativitate Domini, quam expectamus in antea per unumquemque annum duo milliaria de oleo idest in opere S. Marci, & aliter eluminariam persolvere vere debemus, & si a Medolino usq. Ruignum aliquem latronem in mari senserimus, eum si possumus capere debemus, & cum tota navi D. nostro Duci mandare debemus, & si Venetia aliquem stolum fecerit, a XV. galleis & supra unam galleam cum ligno Venet. facere debemus, si nobis imperatum fuerit: & si Venetia fecerit hostem usq. Jadrum, vel usq. Anconam nos, sicut una Civitas ejus fecerit, facere debemus. Hæc omnia suprascripta usque in perpetuum adimplere promittimus.

Ego quidem Warnerius Episcopus Polæ juro supra S. Dei quatuor Evangelia, quod amodo in antea consilium, & auxilium dare debeam D. Dominico Mauroceno inclyto Duci Venet. ac ejus successoribus sine fraude, & malo ingenio, ut omnia ista compleantur, & a civibus Polæ.

Istæ sunt Villæ quæ juraverunt retinere honorem B. Marci Apostoli, & Evangelistæ & obedire D. Duci Vent. in primis.

Medolinum	Orines	Sisanum	Azanum
Popinianum	Cipicliriones	Hormanum	Zartianum
Lisinianum	Areanum	Barbolanum	Urciranum
Quenianum	Pomarium	Tortilanum	

Ego Vivianus Scriptor & Notarius Authenticum istud cum tribus sigillis ceræ sigillatum, & uno sigillo de plumbo posito per præmemoratum Ducem vidi & exemplavi &c.

E

XIV.

Trattato di Pace fra le Città di Capodistria, e di Trevigi, anno MCCXVI. (v. fol. 202.)

Anno Domini millesimo ducentesimo sextodecimo, Indictione quarta, Die mercurii octava exeunte Augusto in præsentia Artheliupi Judicis, Joannis Menabri, Americi de Zagono, Mingulini de Silurno, Waltrami de Crescentio, Artengi de Crema, Facine de Aurio, Giminiani fratris ejus, Wecellonis de Gympro, & Joannis fratris ejus, Friderici filii Eponis, Artuici, Basilii, Petri de Sabino, Tosani Potestatis Prætorii, Ambrosini de Amantino, Dietuyni Pellie, Waltrami Casili, Adelpri de Azone, Alberici generis ejus, Henrici Caybe, Papotus de Umberto & aliorum plurimorum. Hoc est Concordium & Pax factum, & facta a Domino Almerico Potestate Justinopol. & a Consulibus ejusdem Civitatis Janetto de Joanne Adalgerii, & Ambrosino Belgramoni, & aliorum Civium Justinopol. in pleno Consilio ad Campanam pulsato ab una parte pro Commune Justinopol. & Civibus Civitatis Justinopol., & ex alia parte a Perolino de Piro, & Albertum Notarium de ... nigo Nuncii, & Procuratores, Syndici, & Actores pro Comnuni, & hominibus Civitatis Tarvisii quod promisit dictus Dominus Almericus Potestas Justinop. prædicti Consules invicem, & ambobus. ... Justinop. .... & hominibus Justinopol. dictis Perolinus, & Robertus recipienti pro Communi, & .... Civitatis Tar., quibus commissum erat per Dominum Malpilium Potestatem Tar. nomine Civitatis Tarvisii, ut in publico instrumento confecto per Stenum Notarium, & Sigillo Civitatis Tar. sigillato continetur Concordium, & Pacem facit pro Communi illius Civitatis cum Communi, & hominibus Justinop., & idem Nuntii Perolinus, & Robertus pro Communi Civitatis Tarvisii promiserunt dicto Dom. Almerico Potestate

Justinop. & præfatis Consulibus recipienti pro Communi Civitatis Justinop. uno alteri inter se stipulanti restituere, & facere restitui omnia ablata hinc inde ab hominibus Justinop. & hominibus Tar. sub Sacramento extimationis, qui omnia prædicta abstulere reservato arbitrio Potestatis Justinop. vel Consulum, aut Rectorum, qui fuerint pro tempore, & Potestatis Tar. vel Consulum, qui pro tempore erunt si inique arbitrarentur, vel extimarent a tempore Werre, & occasione Werre hucusque ablate, & que res erant dare Potestati, vel Consulibus, vel eorum Nunciis utrisque, & quod Potestas vel Rectores utriusque Civitatis bona fide operam dent, ut res ablatæ, quæ incertæ viderentur claræ fiant, & si ille qui abstulit nequiverit solvere vel reddere petitori, tunc Commune Civitatis ejus reddere, & restituere ablata teneantur si non fecerit illum restituere quod abstulit. Hoc addito quod denarii . . . . . mutuati ab hominibus Civitatis Tarvisii hominibus Capitis Histriæ, sive Justinop.; & hoc incluso quod usuras, nec duplum, vel pœnam debeant solvere a tempore Werræ huc usque, & antequam Werram foret inceptam, usuras, & duplum, & penam debeant solvere, & nullam judicatam, ab utrisque debeat solvi . . . . Potestas vel Consules utriusque debeant constringere unum advocatum ei, qui petierit ad adjuvandum illum sine datione illius, qui petierit. Et Potestas Justinopolit., vel Consules, qui tempore fuerint debeant dare duos de suis Civibus, qui faciant rationem hominibus Civitatis Tarvisii, & Potestas Tarvisii, vel Rectores, qui fuerint pro tempore, debeant dare duos de suis Civibus qui faciant rationem hominibus Justinop. sive Capitis Histriæ, & quod nulla appellatio fieri debeat hinc inde post sententiam latam, & infra 15 dies debeant definiri post inceptam causam & quod Potestates, & Consules, qui fuerint pro tempore utriusque teneantur sententiam latam manu dare executioni infra 15. dies, si debitor habuerit unde satisfacere possit: ita tamen

quod creditor non compellatur recipere aliquid in solutum nisi pecuniam ultra suam voluntatem, & in debitis huc usque factis. Remissis omnibus injuriis a prædictis partibus.

Actum Justinopoli in Episcopali Curia feliciter

Ego Amelricus Justinop. Notarius ad hoc interfui rogatus, & manu mea propria scripsi.

(*In seguito di questo Trattato v' andò la Pubblicazione per tutta la Città della pace fatta coi Trevigiani, ed è questa, che segue.*)

Anno Domini 1216. Indictione 4. die Mercurii 8. exeunte Augusto. Dominus Amelricus Potestas Justinopolitanus, & Consules ejusdem Civitatis, Janetus de Joanne Adelgerii, & Ambrosius Belgramoni in præsentia prædictorum testium, quorum nomina superius leguntur præceperunt Zilio Præco prædictæ Civitatis eorum Justinopol. ut clamare deberet per totam Civitatem omnes homines de Tervisio & de Tarvisana sanos, & salvos, ac securos in avere, & in Personis in Justinop. Civitate, & in toto suo districtu: quod clamavit juxta præceptum Potestatis, & Consulum ad scalam Prætorii Communis, & per omnes Portas Civitatis omnes homines de Tarvisio, & de Tarvisana sanos, & salvos, & securos fieri in avere, & in Personis, quia Pax est facta, & firmata inter unam, & aliam Civitatem Justinop. Civitate, & in suo districtu.

Ego Athelricus Justinop. Notarius interfui rogatus, & hoc manu propria scripsi.

XV.

Facoltà ai Giustinopolitani per l' elezione del loro Potestà, anno MCCLV. (v. fol. 203.)

1255. XIII. Indict. aqud Civitatem in Camera Patriarchatus, die 7. intr. Majo. Presentibus D. Ropreto de Budrio, Henrico de Justinopoli, Rainaldo Rocinaldini, & Joanne Tur-

cho Mercatoribus, Sensio, & Genisio de Padua Senescalco Domini Gregorii Electi Aquilejen. testibus, & aliis. Janninus Domini Marci, & Almericus filius qu. Domini Decini de Grom Ambassatores Comunis Justinopol. constituti in presentia predicti Domini Aquilejen. Electi nomine dicti Comunis, & pro ipso Com. supplicarunt, eidem Domino Electo, ut de gratia speciali concederet eis recipientibus pro eodem Com., ut ipsum Com. recipere possit in Potestatem eorum quemcumque voluerint pro anno presenti. Predictus igitur Dominus Electus volens dicto Com. ad preces, & petitionem dictorum Ambassatorum facere gratiam specialem, concessit eidem, ut in Potestatem eorum quemcumque voluerint pro anno presenti recipere valeant, & habere.

XVI.

Pagamento annuale della Città di Pola al Patriarca d' Aquileja di lire 2000 *Venete, anno MCCLVII.* (v. fol. 205.)

1257. XV. Ind. In Castris ante Duinum die VIII. intrante Martio. Presentibus D. Jannino qu. Marci de Justinopoli, Gregorio de Anagnio Domini Patr. Consanguineo &c. Ven. Pater D. Gregorius Dei Gratia S. Aquilegensis Sedis Patriarcha confessus fuit se recepisse, & in se habere quadringentas libras Venetor. parvor. a Comuni de Pola de illis duabus Millibus lib. Venet. parv., quas idem Comune debet, & tenetur solvere eidem Domino Patriarchæ a proximo festo S. Michaelis ad annum unum. Renuncians idem D. Patriarcha exceptis ... pecuniæ tempore contractus, & omni Legis auxilio .... quod in prædicta solutione, predictarum CCCC..... Venet. parv. posset d. Comuni damnum aliquod inferri &c.

XVII.

Anno MCCLVIII (v. fol. 205.)

1258. Prima Ind. apud Civitatem Austriæ. In Camera Patriarchali die XI. intrante Septembr. Presentibus Domino Vezelono Abbate Belliniensi etc. Supradictus Dom. Greg. Patriarcha, et Marchio fecit, constituit, et ordinavit Dom. Senisium Ricarium . . . absentem, et Magnificum Girardum Plebanum de Mugla presentem . . . . et Procuratores, et quilibet eorum in solidum itaut . . . . . . carta Procurationis apparent, sit legitimus . . . . et recipiendum nomine ipsius Domini Patriarchæ . . . . a Comune Pola duomillia librarum Venet. . . . . Comune tenetur eidem D. Patriarchæ dare . . . . proximo venturo; et ad faciendum . . . . . nomine Patriarchæ finem, remissionem, et refutationem post integram . . . . ipsius pecuniæ, et pactum de non amplius repetendo . . . . D. Patriarcha, & Marchio se ratum habiturum, & firmum etc.

XVIII.

Dedizione di Buje a Capodistria, *anno MCCLXVIII.* (v. fol. 210.)

In Dei Nomine. Anno Ejusdem Nativitatis Millesimo Ducentesimo sexagesimo octavo Indict XI. die XIII. exeunte Augusto. Actum Justinopoli in Majori Consilio per campanam bis pulsatam more solito congregato. Præsentibus Dominis Appo Azzonis, Joanne Detalmi, Detemario Notariis: Petro quondam Facinæ Milite, Aldegerio Manfredini, & aliis. Dom. *Maurinus Mauricinus* Capitaneus Civitatis Justinopolis ad instantes preces strenui Viri Dom. *Alberti Comitis Goriciæ* . . . per Dom.

Cononum de Minigano prædicti Dom. Comitis Ambaxatorem, ut patet Litteris sigillo ipsius Dom. Comitis roboratis; & de voluntate Minoris & Majoris Consilii Justinopolis, Volens intendere honori & bono statui prædicti Dom. Comitis, & Communis Justinopolis, & omnium de tota Civitate & Districtu: prædictus Dom. Marinus Capitaneus Justinopolis vice & nomine ipsius D. Comitis & Consilii & Communis Justinopol. recepit & assumpsit D. D. Albinum de Pulchris: Joannem de Cielo: Petrum de Milisania, & Dominicum Paganum de Bulleis, Syndicos & Procuratores totius Communis de Bulleis: ut patet Instrumento manu *N* . . . . Notarii confecto, Promittentes, & facientes per se, & totum Commune de Bulleis in sua Protectione & custodia per prædictos D. D. Comites, & Marinum Capitaneum, & Comunitatem Justinopolis contra quoslibet Commune de Bulleis molestantes, & impugnantes, tamquam hominibus in sua custodia positis . . . Consilium, & auxilium impendatur: Promittens etiam idem Dom. Marinus per se, & Commune Justinopolis (*quod si*) per se aut suos successores, aut per Commune Justinopol. Pactum confectum (*fuerit*) sine ipsis Bulliensibus cum D. Patriarcha . . . . qui vero prædicti Ambaxatores de Bulleis per se, & totum suum Commune in prædicti Dom. Comitis, & D. Marini Capitanei, & Communis Justinopol. se in Protectione & Custodia supponentes, solempni stipulatione promiserunt: Ita ut (*Si Commune*) . . . . Justinopol. militum vel peditum exercitum facere oportebit, vel occasione Guerræ . . . gravabitur; in prædicti Communis Justinopol. auxilium, & juvamen venire, & concurrere statim . . . . peditum, juxta possibilitatem stabilem . . . Communis de Bulleis: Prædicti Procuratores promiserunt dare in Potestatem Communis Justinopol. sex Obsides de Melioribus de Bulleis in eorum expensis. Quos Obsides liceat ipsis Bulliensibus pro tempore sicut eis videbitur Cambire: Et insuper Promiserunt quod omnes Vicinos de Bulleis a quatuordecim

annis usque ad Septuaginta jurare facient & omnia supradicta attendere, & observare, sicut per ipsos Ambaxatores stipulando promissum est. Omnia igitur jam prelecta Pars Parti vicissim attendere, & observare promiserunt sub pæna trium-millium librarum Venetarum a Parte infragrante Parti observanti componendarum. Hujus Tenoris duo sunt Instrumenta, quorum alterum devenit Communi Justinopolis, & alterum Communi de Bulleis.

Ego Almericus Vicedominus subscripsi.

Ego Joannes Vicedominus subscripsi.

Ego Rolandinus de Padua Inclyti Gregorii Patriarchæ, & Marchionis Notarius, & nunc Communis Justinopolis Cancellarius Interfui, & Rogatus scripsi, & roboravi.

XIX.

Sommissione di Muggia ad Enrico Dandolo Doge di Venezia, anno MCCII. (v. fol. 216. e 218.)

MCCII. Henricus Dandulus Dalmatiæ atque Croatiæ Dux cum magno exercitu Navium Galearum, & Usseriorum, & multitudine militum, & peditum, altera post ejus egressum (die) potentialiter, & gloriose Piranum applicuit: Nos vero Homines Muglæ misimus &c.

Guidonem Jurisperitum Gastaldionem, Gregorium Lugonem, Crescentium, & alios num. 17, dantes illis plenam virtutem, & potestatem, ut Terram nostram, ac omnia nostra suæ Potentiæ supponerent, & omnia præcepta illius jurarent.

Et Dux cum exercitu in urbe receptus: facere debemus servitia, ut aliæ Civitates Hystriæ, & capere piratas a Rubino infra, & captos dare Duci.

Solvemus omni anno vobis Domino Duci urnas boni Vini puri de nostro Territorio 25. nostris expensis ad Ducalem Ripam in festo S. Martini.

XX.

XX.

Sommissione di Trieste al Doge Enrico Dandolo, anno MCCII. (v. fol. 218.)

Anno MCCII. Indict. 6. actum in Civitate Tergestina die 5. Octobris exeunte.

Dominus Noster Henricus Dandolus Dei gratia Venetiarum, Dalmatiæ, atque Croatiæ Dux, qui in servitio Cristianitatis ultra Mare cum copiosa Navium, Galearum, Usseriorum, ac Militum multitudine erat iturus, altera die post egressum ejus de Venetia Piranum applicuit.

Nos vero homines Tergestinæ Civitatis, qui ipsius Gratiam amiseramus, misimus de Melioribus Viris Civitatis nostræ, videlicet Vitalem Gastaldionem, Petrum Judicem, & alios plures, qui de voluntate omnium hominum dictæ Civitatis nos, & Terram nostram, ac omnia nostra, suæ Potentiæ facerent subditos, & omnia præcepta Domini Ducis jurarent, & sic juraverunt; & nos in Civitatem Ducem recepimus, & subposuimus Nos suæ Dominationi, & Potentiæ.

Faciemus servitia, ut aliæ Terræ Hystriæ, capiemus Piratas a Rubino infra, & captos Duci præsentabimus. Omni anno debemus solvere vobis urnas optimi vini puri de nostro Territorio 50. nostris expensis ad Ripam Ducalis Palatii in Festo S. Martini.

XXI.

Dedizione di Parenzo, anno MCCLXVII. (v. fol. 219.)

1267. Indict. X. die sexto exeunte Julio.

Cum diceretur per ambasciatores Parentii, quod Potestas, & Homines Parentii volebant se presentare & dare Civitatem Parentii in manibus & fortiis Domini Ducis, & Comunis Venetiarum, secundum quod habent, & tenent Gradum, & Ma-

ranum, & alias suas terras, & contractas, ponendo per se prædictam Terram. Volunt gentem, volunt consulem sicuti volunt, & cum illo salario, quod D. Duci & suo consilio placuerit ordinare, & secundum quod videbitur quod possunt portare, habendo eam in suam potestatem sicut habent alias suas terras, salvis rationibus D. Patriarchæ. Et per D. Ducem, & consiliarios posita fuit pars.

Vultis eum accipere cum ista conditione & cum illis melioramentis, quæ fieri potuerint, vel non: & cum CCCLIII homines essent in Consilio minus tribus quod accipi debeat.

Joannes Marinus Flaccio

XXI.

Dedizione di Montona, anno MCCLXXVIII. (v. fol. ibid.)

1278 Indict. sexta, die decima exeunte Martio.

Capta fuit pars quod terra Montonæ cum Hominibus, & gente ad fidelitatem D. Ducis, & Communis Venetiarum debeat recipi secundum formam sindicatus, & sicut recepta fuit Civitas Parentii salvis in integrum iis juribus omnibus, & rationibus Patriarchæ Aquilejæ, & quod parcatur illis, qui remansi fuerint in terra ad electionem illius terræ.

XXIII.

Dedizione di Pirano, anno MCCLXXXIII. (v. fol. ibid.)

In Christi nomine Amen. Die vigesimo sexto mensis Januarii. Presentibus Nob. Viris Pancratio Barbo majore, Joanne Lucari, Joanne Permarino, & Menico Basso de Venetiis, Magistro Lauro Cant., Paulo Bernardi, & Rustechino Benintendi

Scribis Ducatus Venetiarum, Testibus ad hæc rogatis. Ducante Illustri Domino Joanne Dandulo Dei gratia Duce Venetiarum, Dalmatiæ, atque Croatiæ Duce, Domino quartæ partis, & dimidiæ totius imperii Romaniæ, existentibus ejus Consiliariis Nobb. viris Marino Valaresto, Hermolao Justo, Marino Gradonico sancti Pauli, Albertino Mauroceno, Rajnerio Zeno, & Petro Justiniano. Et Adalgerius Vitalis, & Anoch Apollonio de Pirano, Sindici, Procuratores, Nuntii & Actores Communis seu universitatis & hominum Pirani ad infrascripta omnia, & singula facienda, sicut continetur in Instrumento, inde confecto manu Odorlici de Pirano Notarii, cujus Instrumenti tenor inferius est inseritus Sindicario, seu Procuratorio, & Actorio nomine dicti Communis, seu universitatis & hominum Pirani, & eorum vice, ac nomine dederunt, tradiderunt, & transtulerunt in superscriptum Dominum Ducem recipientem, & stipulantem pro se & suis successoribus, & Commune Venetiarum, & in ipsum Commune Venet. in perpetuum, & sub eorum Protectione, Potestate, & Dominio perpetuo supposuerunt Terram Pirani & Districtum ejus cum Incolis, seu Terrigenis, & habitatoribus ipsius Terræ Pirani, & Districtus ejus cum mero & mixto Imperio, jurisdictioneque, & omni Signoria, rebus, & juribus omnibus pertinentibus ad ipsam Terram Pirani, & Districtum ejus, seu ad Commune, seu ad universitatem, & Districtum Pirani cum pactis, & conditionibus infrascriptis.

Quod Dominus Dux, qui nunc est, & qui pro tempore fuerit & Commune Venetiarum debeant dare & concedere dictæ Terræ Pirani, hominibus, & Communi seu universitati Potestatem perpetualem, secundum quod faciunt aliis Terris subjectis Communi Venetiarum. Cui Potestati dicta Terra, Commune seu universitas & homines Pirani dare debeant omni anno pro suo Salario libras sexcentas denariorum parvorum de illa moneta, quæ per tempora curret in dicta Terra Pirani, & etiam Domum pro habitatione, & Familia sua, & in-

super Prata pro facere fieri fienum pro suis equis. Potestas vero habere debeat, & tenere in Regimine dictæ Terræ Pirani equos tres, & servitores quatuor. Banna autem omnia, quæ hinc retro erant Potestatum dictæ Terræ Pirani pervenire debeant in Commune Pirani. Item quod dictus Potestas non possit, nec debeat accipere per se, nec dare, nec consentire dandi alicui Personæ modo aliquo vel ingenio de Terris & Possessionibus, quæ pertineant ad Commune Pirani, exceptis Civibus Pirani, vel eorum heredibus, qui hinc retro stetissent per X. annos Cives dictæ Terræ Pirani. Item quod dictus Potestas de omnibus offensionibus, rixis, & condemnationibus factis per tempora præterita aliquo modo non debeat se intromittere, excepto tamen quod dictus Potestas libertatem habeat faciendi reverti in Commune Pirani Territorium dicti Communis, vel Possessiones ad dictum Commune Pirani pertinentes, sine aliqua pena vel condemnatione facta, vel facienda in illos, qui tenuissent vel tenerent eas. Item dictus Potestas teneatur observare omnes sententias, vel pignorationes iuste datas per Dominium præteritum dictæ Terræ Pirani. Unde superscriptus Dominus Dux, presentibus & volentibus superscriptis Marino Valaresso, Hermolao Justo, Marino Gradenico, & Rainerio Zeno Consiliariis ejus, salvis juribus omnibus omnium personarum in omnibus & singulis suprascriptis & in omnibus & per omnia, quæ superius continentur sub sua & successorum suorum & Communis Venet. protectione, potestate, & perpetuo Dominio *(accepit)*. Quæ omnia & singula suprascripta dictus Adalgerius Vitalis, & Anoch Sindici, Procuratores, Nuntii & Actores Sindicario seu Procuratorio nomine suprascripti Communis, seu universitatis, & hominum Pirani & eorum vice & nomine promiserunt supradicto Domino Duci recipienti & stipulanti pro se & ejus successoribus & Communi Venetiarum perpetua, firma, & rata habere, tenere, & non contravenire aliqua ratione, ingenio, sine causa sub obligatione bonorum dicti Communis, seu universitatis & hominum Pirani.

Tenor autem supranominati Instrumenti Sindicatus, & Procurationis talis est. In nomine Domini Amen ejusdem 1283. Indictione XI. Actum Pirani in ecclesia sancti Andreæ in pleno & generali Consilio & convocatione Pirani congregata more solito die quartodecimo, exeunte Januario. Presentibus Amantino Tamar, Valterio Notario, Sclabono Notario, Albino Sepa, Gasio & Gira Præconibus & aliis. Nos Joannes Mariotæ, Nicola Pica, Papo Cavaza, & Dominicus Andreæ Consules Pirani voluntate predicti Consilii, & Communis Pirani expressa cum voluntate predictorum Dominorum Consulum in concordia constituerunt & ordinaverunt suos, & dicti Consilii & universitatis Pirani Procuratores, Nuntios & Actores Adalgerium Vitalem, & Anoch ambos de Pirano simul & presentes, & hoc mandatum suscipientes, & utrumque eorum in solidum, ita quod non sit potior conditio occupantis, & quod si unus eorum inceperit alter possit prosequi, & complere ad dandum, tractandum, transferendum in illustrem Dominum Ducem, & Commune Venetiarum, & sub eorum protectione, & Dominio supponendum Terram Pirani, & Districtum ejus cum Incolis, seu Terrigenis & habitatoribus ipsius Terræ Pirani, & Districtus ejus, & cum mero, & mixto Imperio, & omni alia jurisdictione rebus & juribus pertinentibus ad ipsam Terram Pirani & Districtum ejus seu ad Commune, seu universitatem Pirani, & Districtum ejus, & ad promittendum, quod a modo in antea semper illum, & illos recipient & tenebunt in Potestatem, & Potestates Autorum, seu Rectores, quem, & quos Dominus Dux, & Commune Venet. ad eos destinabunt, & pro eo tempore, quod placuerit dicto Domino Duci, & Communi Venetiarum, & ad constituendum salarium dictæ Potestariæ, & ad faciendum præmissa & quodlibet præmissorum cum obligationibus, promissionibus, & quibuslibet aliis conventionibus & pactis, quæ utilia seu necessaria videbuntur, & ad præstandum in animabus Dominorum Consulum, & ho-

minum dicti Consilii & Communis, seu universitatis Pirani cujuslibet generis Sacramentum, committendo prenominatis Adalgerio, & Anoch Sindicis, & Procuratoribus, Nuntiis & actoribus suis, & cujuslibet eorum in solidum liberam & generalem administrationem ad faciendum prædicta omnia, & singula, quæ in prædictis & infrascriptis, seu eorum occasione utilia, seu necessaria apparebunt. Promittentes mihi Joanni Notario infrascripto recipienti & stipulanti pro omnibus quorum interest, seu interesse posset firmum, & ratum habere tenere & conservare, & omne id & quidquid dicti Sindici, Procuratores, Nuntii, & actores vel alter eorum fecerint in prædictis, & circa prædicta, & ea vel aliquid eorumdem, & non contravenire aliqua ratione vel exceptione sub obligatione bonorum Communis, & hominum Pirani.

Ego Joannes Odorlici de Pirano Notarius Incliti qu. Marci his omnibus interfui, rogatus scripsi, & roboravi.

Actum Venetiis in Ducali Palatio anno Nativitatis Domini nostri Jesu Christi Millesimo ducentesimo octuagesimo tertio, undecima Indictione.

XXIV.

Dedizione di Pola, anno MCCCXXXI. (v. fol. ibid.)

Laudabile redditur, & necessarium reputatur, ut homines, & Populi circa augumentum, & conservationem sui status sic vigilent, studeant, & intendant, quo procul pulsis violentiis, & gravaminibus quibuscumque, per que solent eorumdem exterminium & desolationes accedere, sepius gaudere possint statu pacifico, & tranquillo.

Hoc igitur post premeditatione previa viri providi, & discreti D. Petrus qu. D. Viti, Blasius qu. D. De Daconiandis

Cives Polenses, Honorabilis Capitaneus Populi Civitatis Polæ predictæ una cum populo universo, & Commune Civitatis predictæ considerantes, & videntes afflictiones, & ruinas eorum continuas Civitatis Polæ & Territorii, ac districtus propter innumeras injurias, & molestias, atque damna reales, & personales que eis dictæ Civitatis, & districtus, & eorumdem bonis multipliciter irrogantur, & ab exteris suisque Rectoribus, ita, & taliter pro ut extitit manifestum, propter que omnia de die in diem ad pejus immo in nihilum ducebantur, & recolente, & attendente plenitudinem gratiæ & fontem clementiæ Ducalis Dominii, que coeptatos erigat, devios ad statum salutarem reducit, quæ vere non claudit premium in se sperantibus, nec denegat auxilium, & misericordiam implorantibus, & sub cujus fidelitate dudum, jam scilicet infinitis Annis cum multis beneficiis Ducalibus, & gratiis permanserunt, salubri ducti provida & unanimi deliberatione, & voluntaria affectione pro necessaria salute, & conservatione ipsorum & dictæ Terræ, & districtus deliberaverunt, & providerunt se, & sua totaliter summittere D. Duci, & Communi Venetiarum perpetuo, & sic deliberaverunt.

Volentes effectui complere ad virum nobilem, & prudentem D. Joannem Contareno honorandum Capitaneum Pasenatici Histrie pro Communi Venetiarum in ipsis partibus degentem reverenter habuerunt recursum, & ipsi D. Capitaneo ad ipsorum vocationem, & instantem requisitionem Polam properante, ejusque persona representante Ducale dominium Venet. & pro D. Duce, & Communi Venetiarum recipiente, idem Capitaneus & populus universus, de dicta terra Polæ solemniter libere, sponte & absolute Civitatem, & Castrum Pole, & villas, & Castra, ac bona, Dominium, merum, & mixtum Imperium, omnes jurisdictiones, jura, actiones reaels, & personales, utiles, & directas, tacitas, & expressas, & mixtas, ad ipsam Civitatem, & districtum quomodolibet per-

tinentes, quo pertinere possent, & cum omnibus juribus, & jurisdictionibus, & actionibus dicto Communi, & Universitati, & ipsorum locis Pole pertinentibus, & expectantibus, & quorumcumque spectari possent, summiserunt totaliter, & dederunt, & eidem Capitaneo, recipiente ut supra, fidelitatem D. Ducis, & Communis Venetiarum tamquam Viri fideles in Civitate Pole universaliter juraverunt, & volentes, & intendentes ad cautellam super hiis omnibus propter hujusmodi datione, & summissione eorum Ducali Dominio exibere omnem reverentiam, & honorem, viros discretos D. Petrum D. Viti, Blasium D. Detacomandis Capitaneum Populi, antedictos Joannem Beancim, Scandalum D. Ugonii, Dominicum qu. D. Petri de Parentio, Andream D. Ottoboni Venetiarum subtille Nicolaum ejus Fratrem, Bartholameum D. Petri, Nicolaum Ferrariensem, Jacobum D. Benasutti, Petrum Pagano, & Aldigerium Notarium Polensem, idem Populus universus in eorum veros Nuntios, & Syndicos, in eorum Arengo solemniter costitutos, ad presentiam Excellentissimi D. D. Francisci Dandolo Dei gratia Venet. incliti Ducis, & Communis Venetiarum pro ratificatione, & approbatione dationis, & summissionis hujusmodi, & omnium predictorum innovationem eorumdem ad cautellam solemniter transmiserunt, de quorum quidem Sindicorum plenissimo Syndicatu constat pubblico Instrumento scripto in millesimo trigentesimo trigesimo primo Indictione quarta decima, die decimo septimo mensis maii Pole manu Aldigerii qu. Joannis Notarii scripto; qui quidem Sindici omnes Sindicatus nomine antedicto coram prefato D. Duce, & suo consilio constituti, prædicta omnia recitantes & vera esse asserentes nomine Sindicariæ prælibate prædictam dationem, & summissionem si quo nomine melius dici possit, sic factam Capitaneo Pasenatici antedicti, ut predicitur recipiente pro D. Duce, & Communi Venetiarum ut supra de prefatis Civitate, Castro, Villis, & locis Polæ & Jurisdictionibus ac juribus, ac Dominiis quibuscumque

eumque spectantibus, vel que spectari possint Civitati, & districtui Pole prefacte, vel aliter de omnibus & singulis supradictis sponte, & ex certa scientia recognoverunt, ratificaverunt, & approbaverunt totaliter, & eamdem dationem, & summissionem nomine quo supra nihilominus innovarunt, & de novo fecerunt in omnibus, & per omnia ut est dictum. Promittentes syndicario nomine antedicto, viro provido, & discreto Marsilio Ducatus Venetiarum Syndico ad supradicta, & infrascripta specialiter constituto per Illustrem, & Excellentissimum D. D. Ducem, & Commune Venetiarum prefactum pro ut de Sindicatu ejusdem constat pubblico Instrumento scripto manu Augustini Notarii in dictis millesimo, & Indictione, & die vigesimo octavo Maij, recipiente, stipulat Syndicatus nomine prelibato hujusmodi dationem, innovationem, ratificationem, approbationem, summissionem, fidelitatem in omnibus, & per omnia ut supra, & omnia que superius dicta sunt, & que spectant, vel spectari possint ad dationem, & summissionem prefactum perpetuo observare, & firma, & rata habere, tenere, & non contrafacere vel contravenire aliqua ratione, vel causa de jure, vel de facto sub obbligatione, & pena omnium bonorum dictorum Polensium, & universitatis, & Communis Pole presentium, & futurorum. Renunciarunt insuper ad Cautellam omni exceptione doli mali in *factus actioni*, *simulationi* sine causa, vel sine justa causa in *omni alia* dissensione, & jure, tam Ecclesiastico, quam Civili, vel per que, vel per quod possit aliqualiter contrafieri antedictis vel alicui premissorum. Et insuper promiserunt, & contenti fuerunt pro bono, & comoditate ipsorum, quod statutum Pole ubi loquitur de appellationibus faciendis ad Archiepiscopum, vel Curiam Archiepiscopi Ravenatis debeat de presenti revocari, & ordinari per ipsos, & fieri cum effectu, quod in posterum nulla Appellatio fieri possit alicubi vel ad Potestatem, vel ad aliquem Dominum vel Rectorem, salvo tamen quod

liceat Polensibus ad Ducalem Curiam recurrere, & appellare super sententiis, ut voluerunt sub dictis penis, quam quidem ratificationem, innovationem, summissionem, & promissionem per totum ut supra, idem Syndicus sindicavit nomine Domini Ducis, & Communis Venetiarum benigne suscipiens & assentiens prefatis Syndicis Polensibus instantibus cum humilitate pro sua necessaria conservatione infrascripta postulantes a benignitate Ducali fieri confirmari, & ipsis contentantibus Sindicario nomine antedicto consensit & servari permisit Capitula, que inferius subsequntur.

Pacta. Primo: quod Comes Pole habere debet de salario a Communi Pole libras quinquaginta grossorum in Anno, & propterea tenetur ducere, & habere unum Vicarium, qui sit juris peritus, cui dare debeat libras quatuor grossorum in ratione Anni, & expensas; unum Notarium, cui dare debet soldos quadraginta grossorum in anno ad minus, & expensas, cum domicilio in unum locum; duos Scutiferos, & sex Equos, & teneatur, & debeat regere Polenses cum quatuor Consiliariis dicte Terre tam in civilibus, quam in criminalibus secundum statuta ipsorum, dummodo non sit contra honorem Ducis & Communis Venetiarum, ita quod quidquid factum fuerit per majorem partem predictorum quinque, secundum dicta statuta firmum sit. Verum habeat ipse Rector arbitrium in Omicidio, & robariis strate, in furtis, scilicet a decem libris supra, in violentiis mulierum, & incendio fraudolento, & proditione, quod absit. Quod de cætero tractarentur, vel committerentur, hoc debeat observari: videlicet, quod si videbitur ipsi Rectori, & dictis Consiliariis possit producere in facto proditionis, sicut concordes fuerint per majorem partem ipsorum per modum predictum. Dummodo ipse Rector fuerit in conscientia de processu capti; nihilominus, & ante omnia prodiet, & suspectis si, & sicut videbitur Rectori soli non fuga accipiat, si vero ipse Rector non fuerit in conscientia de

processu, quem facere velit, seu con. . . . . eisdem de facto, vel ipsi procedere voluerint per modum predictum, tunc ipse Rector solus si sibi videbitur habeat arbitrium mittere proditiones hujusmodi, & suspectos, & factum proditionis distinte ad Ducalem Dominium, ut puniantur, & absolvantur, vel fiat, & provideatur super inde sicut ipsi Ducali Dominio apparebit. Item quod Officia Civitatis Pole & extra exerceantur per homines Pole eligendos per ellectionem sicut in talibus fieri consuevit.

Item quod Domini Sergius Nascivera, & Filius qu. Claceses de Castro Pole & eorum Homines masculi maneant extra Civitatem Pole, & districtum, Forum Julium, Istriam, & Sclavoniam, ubi scilicet videbitur Ducali Dominio, gaudentes nihilominus bonis suis positis in Polisano districtu.

Item quod possessiones que a tempore summissionis præsentis in antea ementur vel acquirentur in Polisano districtu per quoscumque sive Venetos, sive quoslibet alios, subiaceant omnibus oneribus, & factionibus Pole, quemadmodum subiacebant cæteræ possessiones Polensium.

Item quod Rector nunc iturus diligentem inquisitionem faciat de Venetis, & de hiis qui de Venetiis se dicunt abitantibus Pole, verum faciant nostras factiones debitas, & si quis, vel ex ipsis reperietur quod non faciant factiones nostras debitas nec ibi habeant libertatem imponendi, & ordinandi in hujusmodi talibus, qui non facerent hec, nec ibi, ut dictum est quod faciant factiones Terre Pole que sibi congrue apparebunt. Actum Venetiis in Cancellaria Ducatus Anno Domini 1331. Indictione quartadecima die vigesimo octavo Maii, presentibus Nobb. Viris Ser. Luca Gradonico, S. Zuanne Popalizza, S. Zanino da Legge, & S. Joanne de Marzario Civibus Venetiarum, Matheo S. Bonifatii de Pola, Venetiano, S. Veniandi de Pola, & Jacobo qu. Bertum de Pola Testibus ad hoc vocatis, & rogatis.

Ego Joannes Vacordio Imperiali auctoritate Pubb. Not.; & Ducatus Venet. Scriba predictis omnibus presens rogatus a dictis partibus scribere scripsi, meque solito sigilo, & nomine roboravi.

Pro conservatione vero ipsius Terre ad Onorem nostrum fiat in majori Consilio Comes Pole cum salario, & conditionibus solitis tenore pacti, quia illi de Pola solvant ut notum est, & pro ista vice tantum fiat per quatuor manus ellectionum in majori Consilio capiendo istud cum ordinibus Terre.

Et predicta Confirmatio est in Libro Triginta septem Rogatorum ad Cartas duodecim in Cancellaria majoris Communis Venetiarum in 1381 die 5. Octobris.

XXV.

Dedizione di Buje. (v. fol. ibid.)

MCCCCXII. die XXVII. Mensis Augusti.

Comparuerunt ad præsentiam nostri Dominii Ambasciatores Communitatis Bulearum petentes nomine dictæ Communitatis confirmationem pactorum eis promissorum per D. V. Jacobum de Rippa Militem Capitaneum Pasinaticorum Raspurch, quibus Ambasciatoribus bonum est respondere. Vadit pars, quod respondeatur Ambasciatoribus Bulearum in hac forma.

Et primo ad primum capitulum per quod dictus Jacobus promisit judicibus Consilio & Communi, & populo Bulearum eos conservare in suis antiquis consuetudinibus respondetur; quod sumus contenti observare capitulum prædictum cum ista declaratione quod Rectores nostri qui per tempora erunt, ministrare debeant jus & justitiam prout servatur in aliis nostris terris Istriæ.

Super alio capitulo per quod promisit, quod nostra dominatio concedit territorio S. Georgii cum pertinentiis suis,

quod territorium ad præsens tenet, e possidet nostrum Dominium, & super alio Capitulo per quod fuerunt concordes quod serunt &c. Endrici de Buleis pro sua Communitate, & Gualengus de Appolonio de Pirano pro sua Communitate debent confinare, & confinia ponere super Territorium Castri Veneris, Respondeatur quod nostra Dominatio de Territorio S. Georgii, quod nunc possidet Communitas nostra Grisignanæ non habent illam veram informationem, sed quod ipsi possunt reverti domum suam, & nos interim accipiemus informationem necessariam tam super facto Santi Georgii, quam super facto Castri Veneris, & factis vindemiis suis, & transacto mense Septembris poterunt reverti Venetias & tunc supra prædictis Capitulis terminabimus prout videbimus fore rationabile & justum.

Super Capitulum autem per quod dictus Capitaneus promisit terre &c. Hendrici de Buleis pro sua provisione de introitibus dicti loci ducatorum centum in Anno, Respondeatur quod sumus contenti dictam provisionem ducatorum centum eidem servari de introitibus dicti loci consignari facere, ut sibi promissum fuit.

Et quia dicta Communitas ultra septimum Capitulum facta cum Capitaneo nostro petiit, ut considerata Guerra quod dicta Communitas abuit pro damnis, & guasto sibi dato, quod de gratia speciali volumus dictam Communitatem absolvere per quinque annos ec. Respondeatur quod non sumus informati de conditionibus dicti loci Bulearum, & volumus supra predicta habere informationem, & quando mitent Venetiis super facto S. Georgi & Castra Veneris, super isto Capitulo etiam eis faciemus responsum.

Super aliam autem requisitionem, quam faciunt, ut scribamus Rectoribus nostris Istriæ, quod possint in eorum districtibus emere frumentum pro suis pecuniis & illud portare Buleas pro victo suo, Respondeatur quod sumus contenti hoc eis

concedere, & eis faciemus litteras nostras patentes, per quas mandabimus Rectoribus nostris Istriæ quod permittant eis emere frumentum prædictum victui suo necessarium.

Jo: Bernardinus de Ambrosiis Duc. Notarius fideliter cum autentico auscultavi &c.

Ego Franciscus Rubeo Duc: Notarius cum autentico auscultavi, & in fidem me subscripsi.

CONCESSIO DE EMENDO FRUMENTO

Pasqualis Malipetrus Dei Gratia Dux Venetiorum Nobb. & Sapp. Viris de suo mandato Potestatibus, Capitaneis, Comitibus, Rectoribus, & Offitialibus Justinopolis, Polæ, Pirani, Parentii Sancti Laurentii, Montonæ, Muglæ, Rubini, Insulæ, Adig..... Emoniæ, & aliorum quorumcunque locorum Istriæ, tam præsentibus, quam futuris fidelibus dilectis salutem, & dilectionis effectum. Abens sub die 27. Augusti 1412 dum locus noster Bulearum sub dictione nostra pervenisset, illis Fidelibus nostris cum nostro consilio centum concessimus quod possent in locis nostris Istriæ & eorum districtibus emere frumentum pro suis pecuniis, & illud deferre Buleas quod victus fuit necessitate. Mandamus igitur vobis, ut *vestram*, videlicet auctoritate dicti consilii, quatenus supradict. nostram concessionem antedictis nostris Fidelibus Bulearum observare, & observari facere inviolabiter debeatis. Data in nostro Ducali Palatio die 19. Augusti Indictione 7. 1458.

XXVI.

Dedizione d'Albona, anno MCCCCXX. (v. fol. ibid.)

In Christi nomine Amen. Anno a Nativitate ejusdem Domini 1420. Indictione XIII, die lunæ 15. mensis Julii.

Albonæ in Ecclesia Sanctæ Mariæ in Consilio, & Communitate Albonæ, coram discretis, & Sapientibus Viris Dominico qu. Lovrize, & Sadrissa qu. Zaccariæ pro tempore Judicibus Albonæ honorandis, & presentibus Venerabili Viro Domino Presbitero Michaele Archidiacono Albonæ; Prebistero Joanne Comasich Canonico Albonæ, Presbitero Zaccaria filio Mauri de Albona, Nicolao dicto Zupano de Cherso, Slogna suo Nepote de Cherso testibus ad hoc vocatis specialiter, & rogatis. Audita ardua *nova* de Civitate Utini, quæ est principalis Patriæ Fori Julii, quæ se dedit Venetianis secundum fuit Consilium, & colloquium inter Venerabiles nostros Ambasciatores videlicet Gusanum qu. Nicolai qu. Zanuti Notarii Presbiterum Petrum Plebanum Albonæ, & Benchum, & Joannurum ex parte Judicem Consilii, & Communis Albonæ cum literis credentialibus & cum pleno mandato ad submittendum, & dandum Albonam, & Flanonam Ser.^mo & Inclito Principi D. D. Thoma Mocenigo Dei gratia Duci Venetiarum & suis Consiliariis excelsæ Ducalis Dominationis, & Venetorum cum certis conditionibus & Capitulis, prout in Privilegio præfacti Domini Ducis continetur, ad quam tenutam, & intrare in possessione dictorum locorum, & terrarum transmissus fuit hic Albonæ & Flanonæ per predictum Dominum Ducem Egregius, & Nobilis Vir Dominus Joannes Carnario honorandus Capitaneus Raspurch cum vexillis Sancti Marci Evangelistæ, & intravit hodie hora tertiarum in tenuta, & possessione terræ Albonæ, & primo fecit levare Sanctum Marcum in signum veri dominii & tenutæ ac possessionis Albonæ cum bona & expressa voluntate omnium tam Consiliorum, quam etiam totius populi, & fecit legere Privilegium suprascripti Domini Nostri Ducis, & presentavit Potestatem electum per dictos Ambasciatores nostros in Venetiis confirmatum & sacramentatum per suprascriptum Dominum Ducem, videlicet Nobilem Virum Cattarenum Balbo de Nobilibus Venetorum, cui remisit & dedit

in manu & regimine suo Albonam, & Flanonam, eisque precipiendo omnibus & singulis magnis & parvis & parte predicti Incliti Ducis nostri Domini Ducis, & ejus Ducalis excelsæ Dominationis Venetorum esse fideles & obbedientes tanquam vero Rectori & Potestati per duos annos proximos futuros, & sibi fideliter respondere, & dare sibi omni anno jura & salarium suum: eidem supradicto Domino Potestati precepit facere justitiam recte omnibus & singulis magnis & parvis, ut bene sperat in sua nobilitate & ut promisit & juravit in omnibus supradictis.

XXVII.

Copia tratta dal libro registro de Ducali Privilegi e Capitoli con quali si diede la terra di Muggia alla Repubblica di Venezia, 1420. 8. *Luglio*. (v. fol. ibid.)

Tomaso Mocenigo per la Iddio grazia Doze di Venezia &c. a tutti i nostri fedeli così presenti, come coloro, che debbono venire, e leggeranno questo nostro privilegio facciamo manifesto, che sono camparuti alla presenza nostra gli egreggi, e sapientissimi uomini Agostino di Dozzola ed Giovanni di Adamo Dottori dī Legge, e Giovanni di Filotti, e Francesco de Ubaldini, e Lunardo Sticono ambasciatori della Communità di Muggia, & umilmente ci hanno supplicati, che si degnassimo di accettarli sotto la nostra protezione, e defensione, ed hanno dato al nostro Dominio alcuni loro capitoli in nome di tutta la loro Terra, e noi avendoli accettati, ai prefatti Capitoli loro abbiamo fatte le risposte, come qui sotto si leggerà, le quali sono di tal tenore, cioè

Primieramente che la terra di Muggia, il Castello, e tutte le cose appartenenti a detta terra sia sottopposta alla Illm̄a Signoria Nostra, al qual primo Capitolo respondiamo che siamo contenti.

Al

Al secondo, che gli statuti, e consuetudini loro sieno osservati, e mantenuti, rimanendo però la confermazione di essi alla Signoria Nostra Illustrissima: respondemo che siamo contenti.

Al terzo, che ne' consigli si faccino, e si ellegano i Consiglieri secondo i statuti, e consuetudini loro vecchi: dicemo che così si facciano.

Al quarto, che il Vicario, Giudici, Cancelieri, e gli altri officiali e salariati, s' ellegano, e facciano per il Consiglio loro, come sempre è stata usanza, i quali tutti siano pagati delle entrate della Communità: respondemo che così sia.

Al quinto, che della regalia, che davano al Patriarca, la qual'era di Orne 312. di vino di prezzo di lire 36. per orna, & tre di oglio si disponga per la Serenità vostra come gli piace: respondemo che siamo contenti della regalia del vino, e dell'oglio, e di ciò, che la detta Communità dava al Patriarca venga al nostro Dominio.

Al sesto, che la loro Communità faccia ogni anno elezione di uno de' nostri Nobili per Podestà, il quale si abbia a confermare per la nostra Serenità & abbia per suo salario delle nostre entrate lir. 1500 di quella moneta che corre in quella terra di tempo in tempo: respondemo che vogliamo che il Podestà si ellega nel nostro maggior Consiglio, come si ellegono gli altri delle altre nostre terre dell'Istria, il quale faccia giustizia solo nelle cose criminali, e nelle civili, servi alli Statuti, e consuetudini della terra, e tenga al tempo del Regolamento quattro Servitori, e tre Cavalli, et abbia per suo salario le lir. 1500 predette.

Al settimo, che la Serenità nostra disponga del Castello come gli piacerà, per guardia del quale offerisce la nostra Communità dover dar ogni anno lir. 400. della predetta moneta; e perchè alcuni delli Patriarchi hanno contribuito agli Rettori della loro Regalia Orne 100 di Vino per esser picciolo

il loro salario, la Signoria Nostra disponga della detta somma, o ad accrescimento di salario per lo Podestà, o per la guardia del Castello, come le piaccia più, e manco: respondemo, che accettiamo la promissione delle lir. 400. che promettono per spesa del Castello.

All' ottavo, che circa il modo delle appellazioni, che la Signoria Nostra disponga come le pare: respondemo che vogliamo, che le appellazioni si odano per gli Auditori vecchj delle sentenze, come degli altri nostri Fedeli dell' Istria.

Al nono, che la Signoria Nostra si degni difendere, e mantenere la terra nostra, e noi Cittadini, e permettere, che usiamo i privilegi, che usano gli altri sudditi della nostra Serenità, secondo i bisogni, che occorreranno nella terra: respondemo, che siamo contenti di difenderli, e mantenerli, e che usino gli privilegi, come usano gli altri nostri sudditi dell' Istria, eccetto che intorno alle biave volemo che si osservi la parte presa dalli nostri Consegli del 1413. alli 17. Luglio per quel modo, che si serviva inanzi, che la venisse all' obbedienza del nostro Dominio.

Al decimo et ultimo, che delli predetti Capitoli disponga la Signoria Vostra secondo le parerà, e piacerà: respondemo che così si faccia. In fede delle quali cose abbiamo comandato, che gli sia fatto questo presente privilegio, e bollato con la nostra bolla di piombo pendente.

Dato dal nostro Duc. Palazzo alli 8. di Luglio nell' indizione 13. del 1420.

XXVIII.

Trattato fra la Repubblica di Venezia, ed il Patriarca Raimondo intorno la giurisdizione temporale dell' Istria, anno MCCLXXXVI. (v. fol. 222.)

Millesimo ducentesimo octuagesimo sexto, Indictione de-

cima quarta, die Martis 22. Januarii præsentibus fratre Condodo Custode, & aliis septem fratribus minoribus D. D. Jacobus Faletro, Bernardus de Tarvisio Decanus Civitatensis, Magister Leonardus de Favignano Canonicus Aquilegiensis, & Peratius Tradonicus Arbitri de quæstionibus inter Dominum Joannem Dandulum Ducem, & Commune Venetiarum ex una, & R. P. D. Patriarcham Aquilejensem, & Ecclesiam Aquilejensem ex altera, super jurisdictione temporali Civitatis Justinopolis, Parentii, & Hemoniæ, & terrarum Pirani, Rubini, & Humaghi, & Castrorum Sancti Laurentii, & Montone receperunt libellum, & petitionem ejusdem R. D. Patriarchæ porrectam eis per Magistrum Valterium Scolasticum Civitatensem procuratorem, & Sindicum Ecclesiæ Aquilejensis hujus tenoris videlicet: coram vobis Arbitri &c. peto Ego Valterius ec. ut compellere dignemini, & velitis Dominum Ducem, & Commune Venetiarum, ut jurisdictionem temporalem locorum suprasciptorum, de quorum possessione vel quasi dictus Dominus Dux, & Commune Venetiarum contra justitiam spoliavere dictam Ecclesiam Aquilejæ ei dimitterent in pace, & quiete, ac restituant cum fructibus medio tempore perceptis, quos percipi poterunt, & cum restitutione damnorum, expensarum, & interesse, quas, & quod declarabo suis loco, & tempore prout exigit ordo Juris, salvo jure addendi &c. Quem libellum dicti Arbitri dare debeant D. Rustichino Benintendi Sindico Domini Ducis, & Communis Venetiarum, ita tamen ut non teneatur respondere, nisi postquam Dominus prædictus procuratorium Domini Patriarchæ, & Ecclesiæ Aquilejæ cum assensu Capituli cum expressis nominibus Canonicorum in eundem magistrum Valterium factum duxerit approbandum, & ne diutius inchoatum negotium maneat indiscussum, quandocumque dictus procurator Domini Patriarchæ procuratorium secum habuerit cum sigillo pendenti Patriarchæ, & assensu Capituli ut supra dictus Procurator Domini Ducis teneatur respondere. Et si dictus

Procurator Patriarchæ non tulerit, nec exhibuerit dictum Procuratorium ut supra in termino oblatio dicti libelli non præjudicet Domino Duci, & pro nihilo habeatur.

Eo die fuerunt in concordia arbitri dicti, ut Marcus Sabetus Notarius Domini Ducis, & Julianus Notarius Domini Patriarchæ, vel alii Notarii substituti a partibus scribant omnia acta, & processus concorditer, & quod scripturæ factæ per alterum tantum circa acta, & processus sint nullæ, salvo quod per alterum eorum sine altero, & per alium quemvis Notarium fieri possint parti petenti scripturæ de protestationibus, & aliis extra acta, & processus causarum, ita tamen quod de ipsis fiat copia per ipsum Notarium parti adversæ, & etiam Arbitris ad voluntatem ipsorum. 1286. penultimo Januarii indictione decima quarta Caprulis in habitatione Domini Jacobi Faletri, qui est Leonardi Pampuli de Caprulis præsentibus &c. Magister Valterius Sindicus Patriarchæ produxit per . . . . manum Jacobini filii Domini Facii Bellengerii R. D. Patriarchæ, & assensu Venerabilium Virorum D. D. Dietrici Decani, & Capituli Ecclesiæ Aquilejæ sigillo dicti Capituli communitum manu Marci Sabeti, & Rustichinus produxit similiter suum Sindicatum &c. procuratorium Patriarchæ est diei 9. Januarii 1286. datum Aquilejæ in Palatio Patriarchali præsentibus Petro Pellezzario Cancellario Domini Patriarchæ, & fratre Margarito Cerapulo, & fratre Bonfilio ordinis fratrum Minorum, & Francisco de Triulcio Seschalcho D. Patriarchæ, & Vaprino de Vaprio Ostiario dicti Patriarchæ omnibus Civibus Mediolani, Assensus autem Capituli est sub die decima Januarii datus in Aquileja, Nos Dietricus Decanus &c. ac Sindicatus Rustichini est die Martis octava Januarii anni 1286 præsentibus Magistro Tanto Cancellario &c. & aliis Dominus Dux cum consensu sui minoris Consilii, & generalis Consilii.

1286. Penultimo Januarii Magister Valterius Sindicus &c. præsentavit ultrascriptum libellum Arbitris, qui eum recipien-

tes, approbantes dederunt Rustichino Sindico Domini Ducis salvis juribus, & exceptionibus utriusque partis, præfigentes ei terminum vigesimum diem Februarii proxime futuri ad respondendum, ita tamen quod si contigerit, aut dictum Patriarcham, aut unum ex Arbitris ea die non afferre ... terminus sit 22. dies Februarii dicti, quem libellum Sindicus Ducis recepit salvis juribus, & exceptionibus dicti D. Ducis.

25 Februarii in Palatio Episcopali præsentibus D. D. Jacobo Mangia in Zocho Archidiacono Castellano, & Raphaele Pezo, & Juliano Præbendario, & Imperiali autoritate notario V. V. N. N. Thomas Viadro, & Peratius Gradonicus de Venetiis, & alii duo pro Patriarcha Arbitri &c. concorditer statuerunt, ut acta &c. scribantur in concordia iisdem, & conditum, quibus dicta fuit die 23 Januarii retro per indicatum Notarium ut supra per Benedictum de Joannem loco in Sebeto &c.

Die dicta Valterius Sindicus Patriarchæ produxit coram arbitris præside Marco Siboto Sindico D. Ducis procuratorium suum ut supra, & compromissum factum per D. Patriarcham in dictos Arbitros, nec non assensum Capituli.

Et Marco Siboto Sindicus Domini Ducis produxit Sindicatum die 18. Februarii manu Ziliolii de Varino Notarii, & Ducis Veneti scribæ. Item Instrumentum publicum subrogationis in D. Thomam Viadrum & compromissi facti in eum, & alios supradictos Arbitros manu dicti Zilioli, qui Arbitri mandaverunt dictorum Instrumentorum fieri Copia mutuo, & dari partibus, & statuere terminum partibus ad objiciendum, si objicere intendunt ad diem termini scripturis productis: utrumque Instrumentum autem subrogationis compromissi in D. Thomam Viadrum est tenoris infrascripti. 1286. die lunæ 19. Februarii præsentibus Marco Tanto, & aliis cum Illustrissimi Dux &c. N. N. V. V. Jacobus de Faletro, & Adrianus de Mollino, & D. Cippus Caponus de Florentia procurator D. Raimundi Patriar-

chæ cum assensu &c. Ecclesiæ Aquilejensis Venerabilem D. Oliverium Episcopum Tergestinum, & Magistrum Leonardum de Favignaco Canonicum Aquilejensem elegissent, & in eos quatuor compromisissent tamquam arbitros &c. atque etiam circa jurisdictionem &c. ut retro &c. ita quod possint expedire cum ampla autoritate, amicabiliter, & aliter, ut eis melius videbitur usque unum annum proximum venturum, quorum decisioni partes non possint contravenire sub pœna mille Marcharum auri, & voluissent etiam partes, quod reciperentur Viri Religiosi, qui inducerent partes ad concordiam, quanto melius possint, & si contingeret aliquem prædictorum deficere morte, vel alia evidenti necessaria causa, pars cujus ille deficiens fuisset, teneretur subrogare alium loco illius infra quindecim dies commode citius posset, Veruntamen alii interim possint procedere sine illo, ut patet in Instrumento publico manu Marci Siboto Notarii subscriptione manu Benedicti Civitatensis Imperialis Notarii anno 1286. indictione 13. octava Martii die Jovis Venet. in Ducali Palatio celebrati, Et postmodum dictus Dominus Dux loco Domini Andreæ de Mollino, qui propter evidentem causam huic negotio intendere non valebat N. V. D. Peratium Gradonicum subrogavit, & tunc compromissum fecerunt in dictos D. D. Jacobum Faletrum, & Peratium Gradonicum, & R. D. Nardum Decanum Civitatensem subrogatum per ipsum D. Patriarcham loco D. Oliverii Episcopi Tergestini defuncti, & Magistrum Leonardum de Favignaco pro parte Domini Patriarchæ ut patet publico Instrumento manu Marci Notarii suprascripti millesimo, & Indictione præfatis die Mercurii tertia intrantis Octobris in ferias Urbe Venet. in Ducali Palatio celebrato, Restorato supradictus Illustris Dominus Dux, & Commune Venet. &c. loco D. Jacobi Faletri propter evidentem infirmitatem non valentis huic negotio intendere N. V. D. Thomam Viadro subrogaverunt, & ex tunc in eum, & Peratium Gradonicum, & alios duos supradictos compro-

mittunt, quod usq. ad 8. dies Martii futuri proxime possint expedire &c. promittentes, ut retro non contravenire &c., & volunt quod accipiantur Viri Religiosi, quod inducant partes ad concordiam &c. cum conditione, quod deficiente uno Arbitro morte, vel alia evidenti necessaria causa, pars sua subroget alium infra quindecim dies, possendo cæteri interim procedere &c. Ziliolus in 18. Februarii Instrumentum compromissi facti per D. Patriarcham sripsit in 4. suprascriptos Arbitros, in quo narrantur omnia ad verbum, ut in compromisso Domini Ducis, & est datum in Castro Utini in Patriarchali Palatio præsentibus Domino Paganino della nave, & Raymondino de Triulcio, & Cocha de Olzate, & fratre Margarito Perapulo, & fratre Jacobo de Clugia Ordinis fratrum minorum, manu Jacobini filii D. Facii Belungherii Notarii Civis Mediolani.

Inde sequitur assensus Capitulo videlicet: Nos Dietricus de fonte bono Decanus, & Capitulum &c. ut retro, Inde sequitur institutio Sindicum suum Magistrum Valterium Scolasticum per Dominum Patriarcham dictum die ut supra, loco ut supra, præsentibus ut supra.

1286. Die Mercurii penultimo Februarii in generali Palatio Caprularum præsentibus Antonio de Garadello de Venetiis, & aliis hodiernum terminum ad diem crastinam ante horam prandii dicti Arbitri proregaverunt ad diem crastinam ante horam prandii in eo statu, in quo erat hodie de voluntate partium ipsarum, salvis juribus, ratis defensionibus, & exceptionibus partium prædictarum Die Jovis ultimo Februarii in Platea Communis Caprularum præsentibus D. Jacobo Archidiacono Castellano, & Raphaele Gerzio Plebano Sancti Raphaelis Arbitri prorogaverunt ad post prandium.

Die prædicta in Patriarchali Palatio præsentibus ut supra coram quatuor Arbitris: Dico Ego Marcus Siboto procurator Domini Ducis, & Communis Venetiarum, & excipiendo pro-

pono consensum Decani in Judicio nuper productum non valere cum re integra per mortem ipsius Decani expiraverit salvo . . . . . in omnibus aliis meis exceptionibus ponendis.

Die & loco dictis coram vobis Arbitris Ego Valterius Sindicus Domini Patriarchæ &c. dico, & propono pro ratione compromissi in Vos facti per præfatum D. Ducem, & Commune Venetiarum non debetis cognoscere, nec potestis, cum non appareat dictum Commune compromisisse nomine dicti Communis de ipsius Communis mandato, & hoc dico, & propono salvis juribus, & ut supra.

Eisdem die, & loco, Marcus Siboto Sindicus &c. dixit dictam exceptionem Sindici Domini Patriarchæ non esse admittendam, cum Sindicatus factus in ipsum non sit approbatus, sed potius per mortem Decani Aquilejensis re integra expiravit, prout in sua exceptione supra dictum est.

Die Martis septima Martii præsentibus fratre Jacobo Berlengherio, fratre Dando de Mantua Custode Venetiarum, fratre Joanne de Carpineto & fratre Omodeo lectore Utinensi de Ordine Minorum, fratre Gerardo de Barano Priore Civitatense, fratre Joanne de Brixia, fratre Marino Dondi de Venetiis, & fratre Jacobo de Peruca de Ordine Prædicatorum, D. D. Arbitri dicti &c. in controversiis fuerunt in plena concordia de eorum plena, pura, & libera voluntate, vel ad plus die Veneris cum terminus finiat remeandi, & revertendi, scilicet D. D. Thomas Viadro, & Peratius Gradonicus Venet. ad Dominum Ducem, & D. D. Leonardus, & Magister Leonardus ad Dominum Patriarcham dictum, cum causas ipsas, & controversias, & quæstiones non possint præsentialiter difiniri propter brevitatem temporis, & propter mortem Domini Diatrichi Decani Aquilejensis, qui re integra diem clausit extremum propter quam mortem assensus præstitus per eum expiravit.

Actum Caprulis in Episcopali Palatio.

XXIX

XXIX.

Compromesso della Republ. in Papa Niccolò *IV.*, *anno MCCLXXXIX.* (v. fol. ibid.)

Millesimo ducentesimo octuagesimo nono, decima tertia Octobris, capta fuit pars, qua per tractatores nostros debeat tractari, quod pacti inter nos, & Dominum Patriarcham facta permaneant firma, & quod Patriarcha compleat sententias, seu deffinitiones factas per illos de Venetiis, qui fecerunt eas ex forma alterius concordiæ suæ pacis factæ; item quod restituat ea, quæ ipse abstulit, seu fecit auferri Venetis, vel aliis debitoribus Venetorum infra terminum eis concessum ex forma pactorum; Item tractent, quod Dominus Dux & Veneti habeant Juridictiones, & Jura in toto, vel in parte, quæ, & quas Patriarcha, & Ecclesia Aquilejensis dicuntur habere in Istria, pro eo quod sit conveniens. Verum si prædicta non possint haberi, sint contenti Tractatores nostri compromittere in Dominum Nicolaum Papam Quartum de quæstionibus, controversiis, & discordiis, quæ vertuntur inter Dominum Ducem, & Commune Venetorum ex una parte, & Dominum Patriarcham, & Ecclesiam Aquilejensem ex altera super proprietate, & possessione, vel quasi jurisdictione, & aliorum jurium terrarum Istriæ, & debent cognosci simul, & semel tam de proprietate, quam de possessione.

Nomina Tractatorum sunt hæc:

D. Andreas Dandulus filius D. Ducis.
D. Hermoraus Justo. D. Nicolaus Querinus.
D. Joannes Cornarius. D. Rogerius Maurocenus.

(Hoc est scriptum Domini Patriarchæ Aquilejensis, quod Venerabilis Pater D. Episcopus Tripolitanus dedit prædictis Tractatoribus.)

Intendit D. R. Patriarcha Aquilejæ suo & Aquilejæ Ec-

clesiæ D. Al. Comitis Goriciæ & Episcopi, & hominum de Tergeste, & generaliter omnium fidelium subjectorum coadjutorum, & fautorum suorum nomine compromittere in Dominum Papam de omnibus litibus, quæstionibus, controversiis, discordiis, quæ vertuntur, vel verti possunt usq. ad diem præsentem inter ipsos, & eorum quemlibet ex una parte, & D. Ducem, & Commune Venetiarum, & omnes fideles, & subjectos coadjutores, & fautores eorum ex altera, tam super Parentina, Justinopolitana, & Emoniensi Civitatibus, & Rubini Pirani Insulæ, ac Humaghi terris, & Montonæ Sancti Laurentii, & Muchori Castris, & Castro, & Burgo Muchlæ; ac Jure, Jurisdictione, & Dominio dictarum Civitatum, Terrarum, & Castrorum, quam super destructione Castri Sancti Georgii, nec non omnibus damnis, & injuriis datis hinc inde tam super prædictis omnibus, & singulis deffiniat, arbitretur, sententiet, ordinet, & declaret tam amicabiliter, quam de jure alte, ac basse pro suæ beneplacito voluntatis.

Item super restitutione bonorum mobilium, quæ ablata fuisse dicuntur hominibus de Venetiis, seu subjectis ipsius, quam per homines de Tergesto, & super processu habito super illis per Arbitros ad hoc assumptos secundum formam pacis factæ per Dominum Episcopum Concordiensem placet ipsi Domino Patriarchæ quod R. Pater, & Dominus B. Episcopus Tripolanus deffiniat, secundum quod postulat ordo Juris.

Hoc dicit Dominus Patriarcha in scriptis præfato D. Episcopo Tripolitano sicut ei dixit hodie oraculo vivæ vocis.

(Hoc est scriptum, quod Tractatores prædicti D. Ducis dederunt D. Episcopo Tripolitano.)

Intendunt Ambasciatores Domini Ducis, & Communis Venetorum, quod permanentibus firmis pactis dudum initis inter Dominum Raynerium Zeno tunc Ducem, & Commune Venetorum ex una parte, & D. T. tunc electum Aquilejæ Ecclesiæ ex altera, & confirmatione, & approbatione ipsorum pac-

torum cum quibusdam additionibus factis inter D. R. Patriarcham Aquilejæ ex una pate, & D. L. Teupolum tunc Ducem, & Commune Venetorum ex altera, & pactis factis inter D. Joannem Dandulum Ducem, & Commune Venetorum ex una parte, & prædictum D. R. Patriarcham, & Ecclesiam Aquilejam ex altera; & sententiis, seu definitionibus factis per sapientes de Venetiis ex forma ipsorum pactorum, quæ per ipsum Dominum Patriarcham debeant compleri, & quod dictus Dominus Patriarcha restituat ea, quæ ipse abstulit, seu fecit auferri Venetis, vel aliis debitoribus eorum infra terminum eis concessum ex forma pactorum, compromittatur per D. Ducem, & Commune Venetorum in Sanctissimum Patrem Dominum Nicolaum Papam Quartum de quæstionibus, controversiis, & discordiis, quæ vertuntur inter ipsum Dominum Ducem, & Commune Venetorum ex una parte, & dictum Dominum Patriarcham, & Ecclesiam Aquilejæ ex altera super proprietate, & possessione, vel quasi jurisdictionis & aliorum jurium terrarum Istriæ, ita quod simul, & semel cognoscatur, & definiatur per dictum Dominum Papam tam de proprietate, quam de possessionibus dictæ Jurisdictionis, & aliorum Jurium prædictorum per arbitrationem, arbitrium, per rationem, laudationem, ordinationem, & amicabilem compositionem, alte, & basse, sicut sibi videbitur.

(Hoc est aliud scriptum datum per Tractatores Domini Ducis Domino Episcopo Tripolitano.)

Compromittatur per Dominum Ducem &c. (ut supra a paragrapho infra per totum, & in totum &c.) super restitutione mercationum, & rerum mobilium acceptarum, vel intromissarum, seu impeditarum ante pacem factam per Dominum Episcopum Concordiensem cognoscatur per dictum Dominum Episcopum Tripolitanum de plano, & sine strepitu Judiciorum, & si rite processum est per sapientes de Venetiis juxta tenorem pacis prædictæ, debeat fieri restitutio & satisfatio secundum

tenorem sententiarum datarum per sapientes prædictos, alioquin prædictus Dominus Episcopus Tripolitanus debeat cognoscere, & diffinire de plano, & sine strepitu Judiciorum de sententiis supradictis, & debeat tamquam arbiter, & amicabilis compositor diffinire.

Item quod pacta dudum inita inter D. Gregorium tunc electum Aquilejæ tunc ex una parte, & D. Raynerium Zeno tunc Ducem, & Commune Venet. ex altera, & confirmatio, & approbatio facta cum quibusdam additionibus factis inter dictum D. D. Patriarcham Aquilejæ ex una parte, & D. L. Teupolo tunc Ducem, & Com. Venet. ex altera, & pacta facta inter R. D. Patriarcham, & Ecclesiam Aquilejæ ex una parte, & D. Joannem Dandulo Ducem, & Commune Venet. ex altera firmi permaneant, & penitus observentur.

Item quod pax, & pacta facta inter D. Ducem, & Commune Venet. ex una parte, & Dominum Comitem Goriciæ ex altera penitus observentur.

Item quod Commune, & homines Tergesti debeant observare pacem, & pacta facta inter D. Ducem, & Commune Venet. ex una parte & ipsos ex altera: de injuriis vero, offensionibus, & damnis datis, & factis per eos Domino Duci, & Communi, & hominibus Vener. a tempore dictæ pacis, & pactorum hucusque, compromittatur in dictum D. Episcopum Tripolitanum, & quod ipse de plano, & sine judiciorum strepitu possit cognoscere, ordinare, & deffinire prout sibi videbitur.

Et super restitutione locorum Antignani, Vicinatus, S. Petri, & Castri, & Burghi Muglæ facienda, vel non facienda compromittatur in dictum Dominum Episcopum Tripolitanum, ita quod ipse de plano, & sine Judiciorum strepitu possit super prædictis cognoscere, examinare, & deffinire pro suæ beneplacito voluntatis.

Item quod facto compromisso in Dominum Papam, ut

dictum est, sit pax, & fiat inter Dominos suprascriptos, & eorum vassallos, subditos, coadjutores, & fautores.

Dominus Episcopus Tripolitanus subsequenter dedit suprascriptis Tractatoribus D. Ducis, & Communis Venet. quoddam alliud scriptum tenoris infrascripti.

Intendit D. R. Patriarcha Aquilejæ suo, & Ecclesiæ Aquilejæ D. Alberti Comitis Goriciæ, D. Episcopi, & hominum Tergesti, & generaliter omnium fidelium subjectorum, coadjutorum, & fautorum suorum nomine de omnibus litibus, quæstionibus, controversiis, discordiis, & guerris exortis tam in mari, quam in terra usque in diem presentem inter ipsos ex una parte, & D. Ducem, & Commune Venetiarum, & omnes fideles, & subjectos, coadjutores, & fautores eorum ex altera, compromittere in Dominum Papam Nicolaum Quartum, ita quod de his omnibus deffiniat tam amicabiliter, quam de jure & alte, & basse pro suæ beneplacito voluntatis.

Item quod super restitutione rerum ablatarum ante pacem factam per D. Episcopum Concordiensem cognoscatur per Venerabilem Patrem Dominum R. Episcopum Tripolitanum de plano, & sine strepitu Judiciorum, & si rite processum est per sapientes de Venetis juxta tenorem pacis prædictæ, debeat fieri restitutio secundum tenorem sententiarum datarum per sapientes prædictos, alioquin prædictus Dominus Episcopus debeat cognoscere de plano, & sine strepitu Judiciorum de sententia supradicta, & debeat tamquam arbiter, & amicabilis compositor diffinire, ita quod omnia loca, & Castra per Venetos post dictam pacem occupata in Istria prius restituantur ipsi Domino Patriarchæ danda illis, quorum sunt, & quæ distructa, seu diruta sunt, reparentur.

Item placet ipsi D. Patriarchæ omnia pacta inita inter fælicis recordationis P. Patriarcham Aquilejæ ex una parte, & D. Raynerium Zeno tunc Ducem Venet. cum reformatione facta super illis pactis per D. L. Teupolo tunc Ducem Venet.,

& ipsum D. R. Patriarcham servare cum conditionibus appositis in pactis eisdem, hoc salvo quod hinc inde satisfiat de subtractis medio tempore.

Item placet hominibus de Tergesto servare pacem factam per dictum D. Episcopum Concordiensem secundum formam promissionis eis factæ per dictum D. Episcopum per Instrumentum publicum dicti Domini Episcopi sigillo munitum, hoc salvo, quod si qua de eis, quæ in dicta pace continentur, sunt facta, seu exequtioni mandata pro completis habeantur, & factis, si quod forte restat faciendum, placet eis complere.

Item placet Domino Patriarchæ quod facto compromisso in Dominum Papam, ut dictum est, cessent omnes offensæ hinc inde inter prædictos Dominos Vassallos, subditos fautores, & adjutores eorum, & quod carcerati relaxentur hinc inde omnes, & quod omnes fautores subjecti, & adjutores dictorum Dominorum erecti de Civitatibus, seu locis suis, sive qui exiverunt proprio motu gaudere, & uti debeant libere omnibus possessionibus, & aliis bonis suis intus, & extra donec hujusmodi arbitrium fuerit promulgatum.

Die Sabbati XXII Octobris.

Venerabilis Pater D. B. Episcopus Tripolitanus dedit D. D. Tractatoribus Domini Ducis, & Venetis quamdam cedulam hujus tenoris videlicet.

Cum R. in Christo Pater D. B. Episcopus Tripolitanus pro parte Sanctissimi Patris, & D. D. Nicolai Papæ Quarti requisivisset Venerabilem Patrem D. R. Patriarcham Aquilejensem, quod faceret Domino Duci, & Communi Venet. Treguas ad duos annos, præfatus Dominus Patriarcha respondit se ob reverentiam Apostolicæ Sedis, & ipsius Domini Episcopi, & in favorem Terræ Sanctæ paratum fore facere treguas hujusmodi ad dictum tempus, & amplius beneplacitum ipsius possessionem Civitatum, Terrarum, & Castrorum Istriæ, quibus tempore suo spoliatus est scilicet Justinopolitana, Emonen-

si Civitatum, & Montonæ, & Mucho Grisignane, & Vicinatus Sancti Petri, & Antignane Castrorum, & Terrarum, Rubini Insulæ Pirani, & Humaghi, & Castri, & Burghi Muglæ, & Juris, & Jurisdictionis, & Dominii dictarum Civitatum, & Castrorum, vel quod dictæ Civitates, Terræ, & Castra ponantur ex nunc in manu Apostolicæ Sedis, & idem Dominus Patriarcha paratus est præbere coram Domino Papa possessiones, & Spoliationem prædictarum Civitatum, Terrarum, & Castrorum, Juris, Jurisdictionis, & Dominii prædictorum, placet & Domino Patriarchæ, quod si fieri contingerit Treguas hujusmodi relaxari debeant libere carcerati hinc inde, vel saltem sub cautionibus, & . . . de Civitatibus, & terris seu locis suis gaudere, & uti debeant possessionibus, & aliis bonis suis intus, & extra.

Die prædicto Tarvisii in domibus Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris, ubi hospitatur dictus Dominus Episcopus Tripolitanus, præsentibus D. Bernardo de Brugeriis Priore de loco Pilizana, & Domino Bernardo de Brugeriis Monaco Samodiensi Capellani dicti Domini Episcopi, Domino Simeone Manno Primicerio Sancti Marci Venetiarum, Rustichino Benintendi Notario.

Coram præsentia Venerabilis Patris Domini B. Dei gratia Episcopi Tripolitani Apostolicæ Sedis legati ad exequendum, & complendum cum Domino Duce, & Commune Venet. sibi commissa per Summum Pontificem in subsidium Terræ Sanctæ Nobiles Viri DD. Andreas Dandulo filius D. Ducis, Hermoraus Justo, Joannes Cornarius Procurator Sancti Marci, Nicolaus Querinus, & Rogerius Maurocenus Tractatores, & Ambasciatores D. Ducis, & Communis Venetorum fecerunt legi quamdam Cedulam, cujus tenor talis est.

Super quæstionibus, controversiis, & discordiis, quæ sunt, & esse possunt inter Venerabilem Patrem Dominum R. Patriarcham, & Ecclesiam Aquilejæ ex parte una, & Dominum Ducem, & Commune Venetiarum ex altera super jurisdictio-

ne &c. usque in finem. Et prædicta Cedula perlecta, & intellecta talem protestationem fecerunt coram ipso Domino Episcopo, sic dicentes dicemus, & protestamur Nos Andreas Dandulo filius Domini Ducis, & Socii, ut supra, Tractatores &c. coram vobis &c. nomine ipsius Domini Ducis, & Communis præfacti spe rati habitionis, seu ab eis, qui parati sumus exequi, & complere totaliter intuitu Dei, & ne succursus Terræ Sanctæ impediatur, quod lectum est coram vobis, & continetur in cedula antedicta.

Et modo, & ordine supradicto dicimus, & protestamur spe rati habitionis prædicti Domini Ducis, & Communis Venetiarum, seu ab eis de tregua facienda usque ad duos annos, & complenda cum Venerabili Patre D. R. Patriarcha Aquilejensi nunciata nobis per vos Venerabilem Patrem prædictum Dominum Episcopum Tripolitanum Apostolicæ sedis legatum. Et Gusmerius de Madonio interfuit, & rogatus fuit inde conficere publicum Instrumentum.

Tractatores prædicti dederunt suprascripto Domino Episcopo Tripolitano quamdam Cedulam hujus tenoris videlicet.

Dicunt Ambasciatores, seu Tractatores Domini Ducis, & Communis Venetorum, quod dicti D. Dux, & Commune Venet. sunt contenti, quod super quæstionibus, controversiis, & aliis super Jurisdictione, & Juribus totius Provinciæ Istriæ compromittatur in summum Patrem D. Nostrum Papam Quartum ✠, ita quod simul, & semel cognoscatur, & deffiniatur per prædictum Dominum Papam tam de proprietate, quam de possessione dictæ jurisdictionis, & aliorum dictorum jurium per arbitrationem, & arbitrium, per rationem, laudationem, ordinationem, & amicabilem compositionem alte, & basse, sicut ei videbitur: de damnis vero datis hinc inde vadat damnum pro damno.

✠ ab ista Cruce usque ad aliam subsequentem Crucem voluit fecere D. Dux.

Item quod super restitutione mercationum, & rerum mobilium acceptarum, vel intromissarum, seu impeditarum

ante

ante pacem factam per Dominum Episcopum Concordiensem cognoscatur per dictum Dominum Episcopum Tripolitanum de plano sine strepitu Judiciorum. Et si rite processum est per sapientes de Venetiis juxta tenorem pacis prædictæ debeat fieri restitutio, & satisfactio secundum tenorem sententiarum datarum per sapientes prædictos, alioquin prædictus Dominus Episcopus Tripolitanus debet cognoscere, & deffinire de plano, & sine strepitu Judiciorum de sententiis supradictis, & debeat tamquam Arbiter, & amicabilis compositor deffinire.

Et quod pacta dudum inita inter D. Gregorium olim electum Aquilejensem ex una parte, & D. R. Zeno tunc Ducem, & Commune Venetorum ex altera, & confirmatio, & approbatio cum quibusdam additionibus factis inter D. R. Patriarcham Aquilejensem ex una parte, & D. L. Teupolum Ducem, & Commune Venetum ex altera, & pacta facta inter dictum D. R. Patriarcham, & Ecclesiam Aquilejensem ex una parte, & D. Joannem Dandulum Ducem, & Commune Venetorum ex altera firma permaneant, & penitus observentur.

Item quod pax, & pacta facta inter Dominum Ducem, & Commune Venetorum, & Dominum Comitem Goriciæ ex altera, penitus observentur.

Item quod Commune, & homines Tergesti debeant observare pacem, & pacta facta inter Dominum Ducem, & Commune Venet. ex una parte, & ipsos ex altera. De injuriis vero, offensionibus, & damnis datis, & factis per eos Domino Duci, Communi, & hominibus Venetiarum a tempore dictæ pacis, & pactorum hucusq. compromittatur in dictum Dominum Episcopum Tripolitanum, & quod ipse de plano, & sine strepitu Judiciorum possit cognoscere, ordinare, & deffinire, prout sibi videbitur. ✠

Item quod facto compromisso in Dominum Papam, ut dictum est, sit pax, & fiat inter Dominos suprascriptos, & eorum vassallos subditos, coadjutores, & fautores. ✠ Crux secunda

K

Super facto treguæ ita dicitur, quod fiat in tregua usque ad duos annos, secundum quod Vos Domine Episcope Tripolitane dixistis.

Dominus Episcopus Tripolitanus dedit unam cedulam hujus tenoris videlicet: Videtur D. Episcopo Tripolitano, quod si fiat restitutio Castrorum a tempore inceptæ ultimæ guerræ occupatorum possit fieri pax. Castra autem vel loca sunt ista, scilicet Mucho, Vicinatus Sancti Petri, Grisignanum, Antignanum, & Muglam, & quamvis sit petitum ex parte Domini Patriarchæ, quod debeat fieri restitutio, reparatio, sive redificatio Castrorum illorum, sperat idem Dominus Episcopus, quod cum restitutione, sive reparatione, vel redificatione faciet dictum Dominum Patriarcham esse contentum.

Tractatores D. Ducis dederunt dicto Domino Episcopo Tripolitano unam aliam cedulam hujus tenoris.

Respondetur per Tractatores D. Ducis, & Venetorum Domino Episcopo Tripolitano, quod Dominus Dux, & Commune Venetorum recepit Burghum Muglæ cum his pactis: quod facta concordia de guerra præsenti Burgus Muglæ debeat dimitti, & paratus est Dominus Dux, & Commune Venetiarum dimittere ipsum facta diffinitione inter ipsum Dominum Ducem, & Commune, & homines Venetorum, & Commune, & homines de Tergesto de his, de quibus debet fieri compromissum in dicto Domino Episcopo, dummodo indulgeat hominibus dicti Burgi, & fiat remissio per prædictum Dominum Patriarcham de eo, quod se dederunt Domino Duci, & fuerunt cum eo in præsenti guerra, salvis pactis, & fidelitate, in quibus homines dicti Burgi tenentur Domino Duci, & Communi Venet. Castrum vero Muglæ reddatur D. Patriarchæ facto compromisso secundum formam tractatus in Dominum Papam, & eo compromisso acceptato per ipsum salvis pactis, & fidelitate quibus homines dicti Castri tenentur Domino Duci, & Communi Venet. dummodo indulgeat hominibus dicti Castri, & fiat

remissio per Dominum Patriarcham de eo, quod se dederunt Domino Duci, & fuerunt cum eo in præsenti guerra.

De Castro Mucho respondetur dicto D. Episcopo, quod hominibus de Tergesto, qui tenent dictum Castrum de Mucho reductis per pacem in Tergestum, & super bonis eorum cum ea securitate, quæ videbitur dicto Domino Episcopo Tripolitano, ipsi debeant restituere dictum Castrum Domino Episcopo, & Ecclesiæ Tergestinæ, quod si facere nollent Dominus Dux non intromittet se de eis.

De Grisignano respondetur, quod Vicardus Coadjutor D. Ducis, & Venet. tenet ipsum Castrum, sicut rem suam, & quod Dominus Dux intendit quod ipse Vicardus de dicto Castro stabit sententiæ Curiæ vassalorum dicti Domini Patriarchæ Aquilejensis, quod si dictus Vicardus facere noluerit Dominus Dux non intromittet se de eo.

De Vicinatu Sancti Petri respondetur, quod facto compromisso in dictum Papam secundum formam Tractatus, & eo acceptato per ipsum reddetur Vicinatus Sancti Petri cum tali conditione, quod aliqua fortilitia non fiant in eo, nisi prius deffinitum fuerit per Dominum Papam de his de quibus fuerit compromissum in eo.

De Antignano respondetur, quod Antignanus est de districtu Justinopolis, quæ dicitur Capistria, & cadit in compromissum sicut Justinopolis, propter quod non videtur, quod inde debeat fieri restitutio.

Item quod pro pace servanda apponatur pœna mille marcarum auri medietas cujus pœnæ cedat dictæ Ecclesiæ Romanæ, & altera medietas parti servanti pacem: In compromisso autem faciendo in dictum Papam similis pœna apponatur, cujus pœnæ medietas cedat dictæ Ecclesiæ Romanæ, & altera medietas parti servanti pacem: In compromisso autem fiendo in Dominum Episcopum Tripolitanum secundum formam tractatus apponatur pœna quingentarum marcharum auri cujus medietas cedat ut supra.

Item sicut juratum fuit in pace per dictum Dominum Episcopum Concordiensem facta, ita juretur in pace modo fienda.

Item quod apponatur pœna quæ videbitur Domino Episcopo Tripolitano in omnibus, & singulis capiendis tractatis, super qulbus caderent pœnæ supra expressæ.

In Dei nomine Amen. A nativitate ipsius millesimo ducentesimo octuagesimo nono, die secundo mensis Novembris secundæ indictionis N. N. V. V. Domini Hermoraus Justo, Joannes Cornarius Procurator Sancti Marci, Nicolaus Querinus, & Rogerius Maurocenus Tractatores, Sindici, & Procuratores Illustris D. Ioannis Dandulo Dei gratia Venetiæ, Dalmatiæ, atque Croatiæ Ducis, Domini quartæ partis, ac dimidiæ totius Imperii Romaniæ, & Communis Venet. existentes coram præsentia Venerabilis Patris D. B. Dei gratia Episcopi Tripolitani Apostolicæ Sedis legati, ad exequendum negotium, sive subsidium Terræ Sanctæ nomine procuratorio, sive sindicario, & ipsis Domino Duce, & Com. Venet. dixerunt, & protestati sunt, quod parati erant, & sunt ob Dei reverentiam, & ne succursus dictæ Terræ Sanctæ impediatur compromittere in Sanctissimum Patrem Dominum Nicolaum Papam Quartum secundum formam cedularum datarum, & porrectarum prædicto Domino Episcopo Tripolitano, & receptarum per eum, quarum tenor superius est insertus, & facere pacem, & eam firmare, in qua prædicti Tractatores Domini Ducis, & Communis Venet. fuerunt quasi in concordia cum prædicto Domino Episcopo Tripolitano in causa, quæ vertitur in concordia cum prædicto Domino Episcopo Tripolitano, & inter prædictum Dominum Ducem, & Commune Venetorum ex una parte, & D. Patriarcham Aquilejensem ex altera, seu verti videtur.

Item eo modo, quo dictum est supra, dixerunt, & protestati sunt coram eodem Domino Episcopo Tripolitano, prædicto Domino Duci, & Communi Venetorum, quod parati erant, & sunt recipere, firmare, & servare treguam cum præ-

dicto Domino Patriarcha, & Ecclesia Aquilejæ prædictum Dominum Episcopum tractatoribus Domini Ducis, & Communis Venetorum suppliciter requisitum, & facere omnia, quæ jus postulat in hac parte, & hæc protestati fuerunt præsente dicto Domino Patriarcha, tenor cedularum, de quibus supra fiat mentio talis est: dicunt Ambasciatores, seu Tractatores Domini Ducis, & Communis Venet., quod dictus D. Dux, & Commune Venetorum sunt contenti, quod super quæstionibus &c. (*desunt reliqua*).

Acta sunt hæc omnia in Civitate Tarvisii in Monasterio Sanctæ Mariæ Majoris præsentibus Domino Bernardo de Brugeriis Priore de Pilicaria Capellani dicti Domini Episcopi Tripolitani, Domino Simeone Manno Primicerio Sancti Marci de Venetiis, Alberto Clerico Notario ejusdem Domini Episcopi Tripolitani, & Rustichino Benintendi scriba Ducalis Aulæ Venet. ad hoc vocatis, & rogatis.

Ego Gusmerius de Madonio Imperiali autoritate Notarius Publicus Ducatus Veneti scriba prædictus interfui, & ea rogatus scripsi, & publicavi.

Dominus Episcopus Tripolitanus dedit unum aliud scriptum Patriarchæ Aquilejensis Tractatoribus Domini Ducis, cujus talis est tenor.

Super quæstionibus, controversiis, & discordiis, quæ sunt, & esse possunt inter Venerabilem Patrem D. Raymundum Patriarcham, & Ecclesiam Aquilejensem ex parte una, & D. Ducem, & Commune Venet. ex altera super jurisdictione, & Juribus corporalibus, & incorporalibus Civitatum Parentinæ, Emonensis, & Justinopolitanæ, & Terrarum Rubini, Humaghi, Pirani Insulæ, & Castrorum Sancti Laurentii, & Montonæ, & universis novitatibus factis tam in mari, quam in terra compromittatur in Sanctissimum Patrem D. Nicolaum Papam Quartum, ita quod simul, & semel cognoscatur, & deffiniatur per eum tam de proprietate, quam de possessionibus dictæ

Jurisdictionis, & aliorum dictorum Jurium prædictarum novitatum, per arbitrationem, per arbitrium, rationem, laudationem, ordinationem, & amicabilem compositionem alte, & basse, sicut ei videbitur de plano sine strepitu, & figura Judiciorum.

Item super restitutione rerum mobilium acceptarum, vel intromissarum, seu impeditarum ante pacem factam per Dominum Episcopum Concordiensem cognoscatur per Dominum Episcopum Tripolitanum de plano sine strepitu Judiciorum de sententiis dictis, & debeat tamquam arbiter, & amicabilis compositor deffinire, ita quod Castrum, & Burgum Muglæ facto compromisso prædicto in Dominum Papam, & eo acceptato per ipsum restituantur Domino Patriarchæ, dummodo indulgeatur hominibus dictorum Burgi, & Castri, & fiat remissio de eo, quod se dederunt Domino Duci, & fuerunt cum eo ad guerram præsenti salvo jure dicti Domini Ducis, & Communis Venet. si quod habent, seu debent habere de jure &c.

Item Castrum Mucho hominibus de Tergesto, qui tenent dictum Castrum reductis per pacem in Tergestum, & super bonis eorum cum ea securitate quæ videbitur dicto Domino Episcopo Tripolitano restituatur Domino Episcopo, & Ecclesiæ Tergestinæ.

Item de Castro Grisignani stabit Vicardus, qui illud tenet sententiæ Curiæ vassallorum dicti Domini Patriarchæ, quod si facere voluerit Dominus Dux, & Commune Venet. non debeat intromittere se de ipso.

Item Vicinatus Sancti Petri facto compromisso in D. Papam secundum formam tractatus, & eo acceptato per ipsum restituatur tali conditione, quod nulla fortilitia fiat in eo nisi deffinitum fuerit per Dominum Papam de his, de quibus in eum fuerit compromissum sicut Justinopolis.

Item quod pacta inter fælicis recordationis D. Gregorium Patriarcham Aquilejæ ex parte una, & per D. R. Zeno tunc Ducem Venet. cum reformatione super illis facta inter D. L.

Teupolum tunc Ducem Venet., & ipsum R. Patriarcham serventur cum conditionibus appositis in pactis eisdem, hoc salvo quod hinc inde satisfiat de subtractis medio tempore.

Item quod Commune, & homines de Tergesto observare debeant pacem factam per Dominum Episcopum Concordiensem secundum formam promissionis eis factæ per ipsum D. Episcopum Concordiensem per Instrumentum publicum sigillo dicti D. Episcopi communitum, hoc salvo quod si quæ de his, quæ in dicta pace continentur, facta sunt, seu exequtioni mandata, pro completis habeantur, & per eos, ita quod super restitutione rerum mobilium ablatarum per eos ante pacem factam per prædictum D. Episcopum Concordiensem, cognoscatur per Venerabilem Patrem D. Episcopum Tripolitanum &c. & ut supra.

Item quod pax, & pacta facta per prædictum Dominum Episcopum Concordiensem inter Dominum Ducem, & Commune Venet. ex parte una, & D. Comitem Goriciæ ex altera penitus observetur, dummodo alia negotia præcedat.

Item quod facto compromisso in Dominum Papam, ut dictum est, & eo acceptato per ipsum cessent omnes offensæ hinc inde inter prædictos Dominos, & vassallos, subditos, & fautores, & coadjutores eorum, & quod carcerati omnes relaxentur hinc inde, & quod omnes fautores, & adjutores eorumdem Dominorum ejecti de Civitatibus, seu suis, sive qui exiverunt proprio motu, gaudere, & uti debeant libere omnibus possessionibus, & aliis bonis suis intus, & extra, donec hujusmodi arbitrium fuerit promulgatum.

In Dei nomine Amen. Anno a Nativitate ipsius 1289. die 24. mensis Octobris secundæ Indictionis N. H. V. V. D. D. Pangratius Barbo, Geremias Zisi, Marcus Basiglio, Andreas Zeno, & Nicolaus Querinus Illustris. D. Joannis Danduli Dei Gratia Venetiarum, Dalmatiæ, atque Croatiæ Ducis propter infirmitatem absentis, & Communis Venet. Consiliarii, & ejus-

dem Domini Ducis Vicesgerentes de voluntate, & consensu majoris, & generalis Consilii dicti D. Ducis, & Communis Venet. ad sonum campanarum, & voces Præconias more solito congregati, & ipsum Consilium, homines ipsius Consilii cum supradictis D. D. Consiliariis vice, & nomine dicti Domini Ducis, & Communis Venet. constituerunt, & ordinaverunt suos, & dicti Communis Nuncios, Sindicos, Actores, & Procuratores N. N. viros D. D. Andream Dandulum filium dicti D. Ducis, Hermoraum Justum, Joannem Cornarium Procuratorem Sancti Marci, Nicolaum Querinum, & Rogerium Maurocenum Tractatores eorum, & quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit prior conditio occupantis, & quod si unus inceperit, alii, & quilibet aliorum possint prosequi, & adimplere ad compromittendum in Sanctissimum Patrem Dominum Nicolaum Papam Quartum super quæstionibus, controversiis, & discordiis, quæ sunt, & esse possunt inter Venerabilem Patrem D. R. Patriarcham, & Ecclesiam Aquilejensem ex una parte, & Dominum Ducem, & Commune Venetorum ex altera super Jurisdictione, & Juribus totius Provinciæ Istriæ secundum formam tractatus facti, & fiendi per venerabilem Patrem D. B. Episcopum Tripolitanum inter dictum Dominum Patriarcham, & Ecclesiam Aquilejensem, & prædictos Tractatores Domini Ducis Venet., & ad promittendum de quibusdam aliis secundum formam dicti Tractatus in dictum D. Episcopum Tripolitanum, & ad faciendum cum dicto Domino Patriarca, & Ecclesia Aquilejensi pacem, vel treguam, & ad promittendum, vel stipulandum pœnam, & pœnas, & ad obligandum bona Communis Venet. & ad recipiendum renuncias, securitates, & juramenta, & ad omnia alia, & singula facienda, & recipienda, quæ in prædictis, & circa ea, vel aliquod eorum, seu prædictorum occasione necessaria, seu utilia videbuntur, & si mandatum exigeret speciale promittentes se firmum, & ratum habere, & tenere quicquid dicti Sindici, seu Procuratores simul

mul vel quatuor, vel tres, vel duo, vel unus eorum fecerint de prædictis, & circa ea, vel aliquid eorum, & non contravenire sub obligatione bonorum Communis Venet.

Actum Venetiis in Ducali Palatio præsentibus magistro Tanto Cancellario, Rustichino Benintendi, Marco Siboto, Donato Lambardo Notariis, & scribis Venet. Ducatus testibus ad hæc vocatis, & rogatis.

Item eodem die Venetiis in Camera dicti Domini Ducis præsentibus testibus suprascriptis. Idem Illustris Dominus Joannes Dandulus Dux laudavit, acceptavit, & rata, & grata habuit omnia, & singula suprascripta, & eodem modo fecit, constituit, & ordinavit supradictos D. D. Andream Dandulum, Ermoraum Justum, Joannem Cornarium, Nicolaum Querinum, & Rogerium Maurocenum suos Nuncios, & Procuratores, & quemlibet eorum in solidum, ut superius est expressum, promittentes nomine suo, & Communis Venet. se firmum, & ratum habere, & tenere quicquid dicti Procuratores vel unus eorum, ut dictum est, fecerit de prædictis, & non contravenire sub obligatione bonorum Communis Venetiarum.

Ego Gusmerius de Mandonio Imperiali autoritate Notarius Publicus, & Ducis Venet. scriba prædictis interfui, & ex rogatu dictorum Consiliariorum, Consilii, & mandato Domini Ducis scripsi, & publicavi.

Super quæstionibus, controversiis, & discordiis, quæ sunt, & esse possunt inter Venerabilem Patriarcham, & Ecclesiam ex una parte, & Dominum Ducem, & Commune Venetorum ex altera super Jurisdictione, & Juribus totius Provinciæ Istriæ compromittatur in Sanctissimum Patrem D. Nicolaum Papam Quartum, ita quod simul, & semel cognoscatur, & diffiniatur per prædictum D. Papam tam de proprietate, quam de possessione dictæ Jurisdictionis, & aliorum dictorum jurium per arbitrationem, per arbitrium, per rationem, laudationem, ordinationem, & amicabilem compositionem, alte

& basse, sicut videbitur sub pœna mille Marcarum auri, medietas cujus pœnæ cedat Romanæ Ecclesiæ, & alia medietas parti servanti prædicta, & acceptato ipso compromisso per Dominum Papam, ut dictum est relaxentur captivi.

Sed si dictus Papa moreretur antequam ferret arbitrium, sit pax, & tregua inter partes, donec creetur alius Papa, & post sex menses, & tantum plus, quantum placuerit partibus, denunciando una pars alteri per tres menses ante, quæ nolit eam sub simili pœna quæ cedat, ut supra. De damnis vero datis hinc inde, vadat damnum pro damnis.

Super restitutione vero, seu satisfactione mercationis, & rerum mobilium acceptarum, vel intromissarum, seu impeditarum ante pacem factam per Dominum Episcopum Concordiensem compromittatur per supradictas partes in Venerebilem Patrem D. Episcopum Tripolitanum, per quem cognoscatur, & deffiniatur de plano sine strepitu judiciorum, & si rite processum est per sapientes de Venetiis juxta tenorem pacis prædictæ, debeat fieri restitutio, & satisfactio secundum tenorem sententiarum datarum per sapientes viros prædictos, alioquin prædictus Dominus Episcopus Tripolitanus debeat cognoscere, & deffinire de plano, & sine strepitu judiciorum de sententiis supradictis, & debeat tamquam Arbiter, & amicabilis Compositor deffinire.

Sed si Dominus Episcopus Tripolitanus antequam discedat de Venetiis ex quacumque causa superveniente non deffiniret, Dominus Dux Venet. possit eligere tres sapientes de Venetiis, qui cognoscant, & deffiniant de restitutione, & satisfactione prædictis secundum formam pacis, & pactorum.... initorum per dictum Dominum Episcopum Concordiensem, & hoc fiat sub pœna quingentarum Marcharum auri, medietas cujus pœnæ cedat Romanæ Ecclesiæ, & alia medietas parti servanti prædicta.

Liberabit Dominus Episcopus prædictus quindecim magnates de Frojulio, jurent servare compromissum, & arbitrium ejus.

Item quod pacta dudum inita inter D. Gregorium olim electum Aquilejæ ex una parte, & D. Raynerium Zeno tunc Ducem, & Commune Venet. ex altera, & confirmantes, & approbantes cum quibusdam additionibus factis inter D. R. Patriarcham Aquilejæ ex una parte, & D. L. Teupolum Ducem, & Commune Venet. ex altera, & pax, & pacta facta inter dictum D. R. Patriarcham, & Ecclesiam Aquilejæ ex una parte, & Dominum Joannem Dandulum Ducem, & Commune Venetorum ex altera, firma permaneant, & penitus observentur sub pœna duarum millium Marcharum argenti, quæ simili modo cedat &c.

Item quod si quæ terrarum, quas Dominus Dux, & Veneti tenent in Istria rebellant, quod altera pars non debeat eam recipere, nec det auxilium, consilium, vel favorem, & e converso fiat per Dominum Ducem, & Venetos si quæ terrarum, quas Dominus Patriarcha tenet in Istria, rebellant, sub pœna duarum millium Marcharum argenti, medietas cujus cedat Romanæ Ecclesiæ, & alia medietas parti servanti pacem, & pacta, & nihilominus pars quæ contrafaciet procurabit, & faciet, quod terra rebellans restituatur illi parti, in cujus præjudicium rebellaret, & ipsa pars eam restituat, si ad potestatem suam, & fortiam venerit terra rebellans.

Item quod ex bannitis, & ejectis a Domino Duce, vel a prædecessoribus suis, vel a Rectoribus eorum, vel a Commune Venet., qui quidem fuerunt ex bannitis, vel ejectis occasione gueriæ debeant redire ad possessionem suam, sicut ipsi possessi sunt istis quod per Procuratores suos, vel familiam possint eam tenere, habere, & eis frui postquam ipsi exbanniti vel ejecti venerint ad Dominum Ducem, & fecerint ei honorem debitum, jurando stare præceptis ipsius Domini Ducis sicut Domini sui: expetit Dominus Episcopus Tripolitanus quod Dominus Dux non puniat eos in persona vel membris, sed quod parcat eis, & teneat eos vel Venetiæ, vel circa

Venetias in districtu Venetiarum, illi vero exbanniti, vel ejecti, qui non venirent infra unum mensem, & non jurarent stare præceptis Domini Ducis, ut dictum est, vel recederent a præceptis ipsius, & etiam illi non exbanniti, qui in futurum discederent de terris, quas tenet Dominus Dux, non recipientur, nec permittatur stare in districtu Domini Patriarchæ, & e converso fiat per Dominum Ducem de exbannitis, & ejectis a Domino Patriarcha, & de non exbannitis sub pœna duarum millium Marcharum argenti, quæ cedat ut supra.

Præterea quod Commune, & homines Tergesti debeant observare pacem & pacta facta in Dominum Ducem, & Commune Venet. ex una parte, & ipsos ex altera sub pœna mille Marcharum argenti, quæ toties comittatur, quoties contravenerint, & cedat ut supra.

Item quod per Dominum Ducem, & Commune Venet. ex una parte, & Commune, & homines Tergesti ex altera compromittatur in Dominum Episcopum Tripolitanum de muris, & purpuratiis, & aliis fortilitiis Tergesti factis versus mare, seu ex parte maris, vel in mari, & de injuriis, offensionibus, & damnis datis, & factis per eos Domino Duci, & Communi, & hominibus Venet. a tempore dictæ pacis, & pactorum hucusque, qui Dominus Episcopus de prædictis de plano, & sine strepitu Judiciornm possit cognoscere, terminare, & definire, sicut ei videbitur, & apponatur pœna duarum millium Marcharum argenti, medietas cujus cedat Romanæ Ecclesiæ, & alia medietas cedat servanti prædicta.

Et quod si Commune, & homines Tergesti non observarent arbitrium, vel ordinationem dicti Domini Episcopi super prædictis, quod Dominus Patriarcha, seu fautores, & sequaces, & Comes Goriciæ non juvent eos sub pœna duarum millium Marcharum argenti pro Patriarcha & Ecclesia Aquilejensi, quæ cedat ut supra.

Item acceptato compromisso fiendo in Dominum Papam,

ut dictum est, per ipsum Dominum Papam relaxentur captivi.

Item quod restitutio de facto Castri de Mucho, sicut continetur in Capitulo de Mucho inferius scripto suspendatur, donec ipse Dominus Episcopus Tripolitanus suum arbitrium promulgaverit super prædictis

Item quod facto compromisso in dictum Dominum Papam, ut dictum est, sit pax, & fiat inter Dominos suprascriptos, & eorum vassallos, subditos, coadjutores, & fautores.

Et Dominus Dux aquiescit, quod illi de Tergesto, qui debent venire ad præcepta ejus, possint stare Venetiis, & circa Venetias in districtu Venetiarum secundum formam prædictorum pactorum, & teneantur venire infra unum mensem, postquam Dominus Episcopus Tripolitanus prædictus suum arbitrium duxerit promulgandum sub pœna mille Marcharum argenti, quæ cedat ut supra.

Item quod Dominus Dux, & Commune Venet. recepit Burgum Muglæ cum his pactis, quod facta concordia de præsenti guerra, Burgus Muglæ debeat dimitti, & paratus est Dominus Dux, & Commune Venet. dimittere ipsum hominibus dicti Burghi, & relaxentur libere confinati facta deffinitione inter ipsum Dominum Ducem, Commune, & homines Venet., & Commune, & homines de Tergesto de his, de quibus debeat fieri compromissum in dicto Domino Episcopo, dummodo indulgeatur hominibus dicti Burghi, & fiat remissio per dictum Dominum Patriarcham de eo quod se dederunt Domino Duci, & fuerunt cum eo in præsenti guerra, salvis pactis, & fidelitate, in quibus homines dicti Burghi tenentur Domino Duci, & Communi Venet. & salvo omni jure Aquilejensis Ecclesiæ, ita etiam quod si forte dicti homines noluerint intendere, & obedire ipsi Domino Patriarchæ, non teneat indulgentia, & remissio supradicta, nec Dominus Dux, & Commune Venet. dabunt eis auxilium, consilium, vel favorem publice vel occulte.

Castrum vero Muglæ reddatur Domino Patriarchæ facto compromisso secundum formam tractatus in Dominum Papam, & eo compromisso acceptato per ipsum salvis pactis, & fidelitate, quibus homines dicti Castri tenentur Domino Duci, & Communi Venet. dummodo indulgeatur dicti Castri hominibus, & fiat remissio per D. Patriarcham de eo, quod se dederunt Domino Duci, & fuerunt cum eo in præsenti guerra, & salvo omni jure Aquilejæ Ecclesiæ, & relaxentur libere a confinibus confinati homines dicti Castri, ita quod si homines forte ejusdem Castri noluerint intendere, ac obedire ipsi Domino Patriarchæ, indulgentia, & remissio supradicta non teneat, nec Dominus Dux, & Commune, & homines Venet. dent eis auxilium, consilium, vel favorem publice, vel occulte.

De Castro Mucho respondetur, quod hominibus de Tergesto, qui tenent dictum Castrum de Mucho reductis per pacem in Tergesto, & super bonis eorum cum ea securitate, quæ videbitur dicto Domino Episcopo Tripolitano, ipsi debeant restituere dictum Castrum Domino Episcopo, & Ecclesiæ Tergestinæ, quod si facere nollent, Dominus Dux non intromittat se de eis, nec per ipsum, nec per Commune, ac homines Venet. eis præstabitur auxilium, consilium, vel favorem publice, vel occulte, nec etiam debeant reduci in Tergestum, nec super bonis eorum, salvo quod dictum est supra de suspensione restitutionis dicti Castri.

De Grisignano respondetur, quod Vicardus coadjutor Domini Ducis, & Venet. tenet ipsum Castrum sicut rem suam, & quod D. Dux intendit, quod ipse Vicardus de dicto Castro stabit sententiæ Curiæ vassallorum dicti Domini Patriarchæ Aquilejensis, quod si dictus Vicardus facere noluerit, Dominus Dux non intromittet se de eo.

De Vicinatu Sancti Petri respondetur, quod facto compromisso in Dominum Papam secundum formam tractatus, & eo acceptato per ipsum, reddetur vicinatus Sancti Petri cum

tali conditione, quod aliqua fortilitia non fiant in eo nisi primo diffinitum fuerit per Dominum Papam de his, de quibus fuerit compromissum in eo.

De Artignano respondetur, quod est de destrictu Justinopolis, quæ dicitur Capistria, & cadit in compromissum sicut Justinopolis, propter quod non videtur, quod inde debeat fieri restitutio.

Item sicut juratum fuit in pace per Dominum Episcopum Concordiensem facta, ita juretur in pace modo fienda.

Item quod apponatur pœna, quæ videbitur Domino Episcopo Tripolitano prædicto in omnibus, & singulis Capitulis tractatis, super quibus non caderent pœnæ supra expressæ.

Et fiat obligatio bonorum, & renunciationis, & alia, quæ facerent ad firmitatem omnium, & singulorum prædictorum.

Hæc est intentio Domini Episcopi Tripolitani, quam ipse dixit, & aperuit Domino Duci, & Consiliariis ejus, & Capitibus de XX, & Domino Hermorao Justo in secreto, videlicet quod deffinietur, quod Commune, & homines de Tergesto destruant, & tollant omnes muros, & fortilitias Tergesti factos, & factas ex parte maris, seu versus mare ab initio primæ guerræ hucusque infra octo dies post ordinationem, sententiam, seu arbitrium ferendum per dictum D. Episcopum, purpurarias vero, & fortilitias factas in mari ab initio dictæ primæ guerræ hucusque destruant mari, & tollent infra duos menses post ordinationem, sententiam, seu arbitrium &c. quod nullo tempore ea reedificabunt, nec facient ibi alia.

Et quod utriusque partis forbanniti, & ejecti, seu qui motu proprio exiverunt tam de Justinopoli, quam de aliis locis debeant redire ad possessiones suas, sicut ipsæ possessiones sunt, scilicet in statu, in quo sunt, ita quod per Procuratores suos, vel familiam eas tenere, & habere, & eis frui, postquam dicti exbanniti, vel ejecti, atque motu proprio exi-

verunt, venerint ad Dominum Ducem, & fecerint ei honorem jurando stare mandato Domini Ducis sicut Domini sui.

Additio: quod intelligitur de ejectis, & exbannitis, & motu proprio exeuntibus, qui ante guerram habitam cum Domino Patriarcha jurabant Domino Duci, illi vero exbanniti, & alii prædicti, qui non venirent infra unum mensem, & non jurarent stare præceptis Domini, vel recedent a præceptis ipsius D. Ducis, & illi non exbanniti, qui in futurum recederent pro commissis forefactis, vel offensionibus de terris, quas tenet D. Dux, non recipiantur, nec permittatur stare in districtu Domini Patriarchæ, & idem e contrario fiat per Dominum Ducem per omnia de exbannitis, & ejectis a Domino Patriarcha, & de non exbannitis reeedentibus propter commissa forefacta, & offensiones sub pœna duorum millium Marcharum argenti pro utraque parte, quæ cedat ut supra. Idem reddatur de Tergesto.

Item petit Dominus Patriarcha, quod pons factus apud Belfortem totaliter ammoveatur. Additio (contentus erit Dominus Patriarcha, si pons ille non prætendatur aliquo tempore, ita quod attingat terram D. Patriarchæ, & Comitis Goriciæ.

Item quod si quæ Catena posita est per Venetos in flumine Sancti Joannis de Careto, tollatur, & quod Dominus Dux, & Commune Venet. permittant homines Domini Patriarchæ, & Domini Comitis Goriciæ, & subjectos, & fautores eorum ire tam per flumine, quam per mare, sicut ire convenerunt ante guerram.

Item quod Carcerati occasione hujus guerræ, quicumque sint, & undecumque sint, sive de Justinopoli, sive aliunde, libere relaxentur hinc inde, non intelligatur de Venetis exbannitis per D. Ducem.

Item quod si pacem fieri contingat, fiat firma pro parte pro ipsis, & pro omnibus, & singulis fidelibus habitatoribus, & subjectis, & fautoribus eorumdem, quicumque, & undecumque

decumque sint, secundum conditiones præscriptas, & non intelligatur de Venetis exbannitis per Dominum Ducem.

XXX.

Compromessi del Patriarca, e della Repubblica nel Papa per le differenze sopra l' Istria, anno MCCCIV.
(v. fol. 223.)

In Christi nomine Amen. An. Nat. ejusd. 1304. secunda Ind. die 18. Mensis Septembris. Cum super jurisdictione, & juribus Provincie Histrie inter Ven. Patrem D. Ottobonum Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcham ex parte una, & illustrem Dominum Petrum Gradonico Dei Gratia Venetiarum, Dalmatie, & Croatie Ducem, quarte partis, & dimidie totius Imperii Romanie, & Commune Venetiarum, ex parte altera, questiones, controversie, & discordie verterentur: Ipse Dominus Ottobonus Patriarcha Aquilegensis Ecclesie ex una, & nobiles Viri Phanophorus Mauroc., & Nicolaus Quirino Procuratores Sancti Marci de Venetiis, Sindici, & Procuratores predictorum Domini Ducis, & Communis Venetiarum, plenum ad infrascripta habentes Mandatum, prout constat instrumento publico inde confecto sub anno Domini millesimo, & Ind. predictis die 29. Aug. per Johannem quondam Marchesini publicum Imperiali auctoritate Notarium, & Ducatus Venetiarum Scribam, & predicti Domini Ducis Bulla plumbea pendente munito Sindicaris, & Procuratoris nominibus pro ipsis Domino Duce, & Commune Venetiarum ex altera parte: Volentes, intelligentes, & consentientes, communiter, & concorditer de omnibus questionibus, controversiis, & discordiis, que sunt, & esse possunt, inter eosdem Dominum Patriarcham, & Eccles. Aquileg. ex una, & Dominum Ducem, & Commune Venetiarum ex altera, super Juri-

bus, & Jurisdictionibus predicte Provincie Histrie, compromiserunt in Sanctissimum Patrem Dominum Papam creatum seu creandum, & in ejus successores Ecclesie Romane Summos Pontifices, tamquam in Arbitrum, & Arbitros, Arbitratorem, Arbitratores, Amicabiles Compositores, & Communes electos. Ita quod ipse Arbiter, & Arbitrator, seu Arbitri, & Arbitratores cognoscat, seu cognoscant, & simul, & semel definiat, seu definiant, tam de proprietate, quam de portione, vel de Jurisdictione, & aliorum dictorum Jurium per Arbitrationem, per Arbitrium, per Rationem, & Laudationem, Ordinationem, & amicabilem Compositionem, alte, & basse, sicut ei melius videbitur in omni terra, & loco, die feriata, & non feriata, presentibus, & absentibus partibus, dum tamen citatis, seu una parte presente, & altera absente, tamen citata, hujusmodi compromisso durante, usque ad definitionem obtinendam. Et utraque ipsarum partium teneatur mittere Procuratorem proxime creati, seu creandi Summi Pontificis usque ad duos menses, deinde proxime venturos ad Dominicam Curiam, ad presentiam Domini Pape, & successorum suorum per Sindicum, & Procuratorem legitimum, & ibidem legitime comparere ad procedendum, & petendum procedi per ipsum Dominum Papam supra hoc presente compromisso, & super iis que continentur in eo sub pena infrascripta. Promittentes predictus Dominus Patriarcha predicto nomine pro sua parte, & dicti Procuratores, & Sindici dicti Domini Ducis, & Communis Venetiarum pro parte altera, sibi ad invicem, & una pars alteri solempni stipulatione interveniente, se firmum, & ratum habituros quidquid per aliquem de predictis Summis Pontificibus Arbitris, Arbitratoribus, & Amicabilibus Compositoribus, ut.. x . . . . sententiatum, definitum, Arbitratum, Laudatum, ordinatum, declaratum, seu amicabiliter compositum fuerit inter partes easdem in predictis, de predictis, & circa predicta, vel aliquid predictorum non contrafacere vel contravenire sub

pena mille Marcharum auri, hinc inde inter ipsas partes, & per unam versus alteram solempniter promissa, & stipulata: medietas cujus pene cedat Romane Ecclesie, & alia medietas cedat parti observanti predicta. Actum in Utino in Patriarchali Palatio in Camera ubi dormit idem Dominus Patriarcha presentibus honesto Viro Domino Albertino Plebano Artenee: Domino Petro de Utino: Bernardo Castri Utini habitatoribus: Majanardo de Aquilegia: Anselmo de Carisaço, & aliis, testibus ad hoc specialiter vocatis, & rogatis.

Ego Jonnnes Laurenti Imperiali auctoritate Notarius, & Scriba Ducatus Venetiarum, predictis omnibus presens interfui, & rogatus a predictis partibus Scripsi, & Publicavi.

In Christi nomine Amen. Anno a Nativitate Domini 1304. die 16. intrante Novembri in Capitulo Majoris Aquilegensis Ecclesie presentibus D. D. Presbiteris Henrico, & Benedicto dicto Miliz Philippin. Petro dicto Fescta, & Henrico Longa Mansionariis predicte Ecclesie, & aliis testibus ad hoc vocatis, & rogatis. Ibidem Venerabiles, & prudentes Viri Capitulum, & Canonici Aquilegenses: Videlicet Ludovicus, Leonardus de Faganea: Guido de Villalta: Albericus Raynaldo Thesaurarius: Castonus de la Turre: Odorlicus de Pramperch: Laurentius, & Guarnerius de Civitate: ad hoc specialiter citati, vocati, & congregati fuerunt: constituerunt, & ordinaverunt suos certos & speciales Nunctios, Sindicos, & Procuratores, discretos viros D. D. Avvantium Decanum Aquilegensem: Gilonem Archidiaconum ejusdem Ecclesie: & Ludovicum presentes, & hoc mandatum sponte suscipientes, nec non Bernardum Decanum Civitatensem absentem: & quemlibet eorum in solidum ad presentandum assensum, & consensum, & ad probandum, & ratificandum, & firmum habendum compromissum factum per Reverendissimum P. D. Ottobonum Dei gratia S. S. Aquilegensis Patriarcham ex una parte, & Magnificum D. D. Pe-

trum Gradonigo Ducem, & Commune Venetiarum ex altera, super questione, sive questionibus versis, seu vertentibus inter ipsos supra provincia Histria in Sanctissimum P. D. D. Summum Pontificem, si est creatus, vel si non, in illum quem creari contigerit, & ejus quemlibet Successorem. Promittentes se firmum, & ratum habituros quidquid in hac parte per predictos, vel quemlibet predictorum, super premissis actum aprobatum fuerit, seu etiam procuratum.

L. S. Ego Jacobus Filius quondam Jacobi Domini Cozzi de Aquilegia Imperiali auctoritate publicus Notarius predictis interfui, & rogatus subscripsi.

XXXI.

Diritti del Patriarca in Istria, e condizioni proposte alla Repubblica per un affitto di 29. anni, anno MCCCIII. (v. fol. ibid.)

Ista sunt Jura Domini Patriarchæ, & Ecclesiæ Aquilejensis in tota Istria videlicet. In primis est Marchio totius Istriæ, & habet ibi plenam jurisdictionem in temporalibus, & quicumque habet, ab ipso habet.

Et nulla Civitas, aut Castrum, seu locus, vel recinta aliqua potest, nec debet eligere Potestatem, Rectorem, seu Consules, vel alios officiales quocumque nomine censentur, nisi de speciali licentia, & beneplacito ipsius Domini Patriarchæ, nec possunt mudam, seu pedagia, vel collectam ponere vel exigere, nec monetam cudere, nec aliquam aliam Jurisdictionem exercere, sed Dominus Patriarcha ponit in istis terris Gastaldiones suos, & etiam Ricarium in tota provincia Istriæ, qui cognoscant de causis omnibus, & habent jurisdictionem plenariam in omnibus quæstionibus.

In primis in Mugla ponit Gastaldionem suum, qui co-

gnoscit, & est terra Muglæ Camera Domini Patriarchæ, & habet in dicta terra Domum propriam, & habet . . . . malefactores, & generaliter omnem aliam Jurisdictionem exercet ibidem, tamquam quilibet Dominus habens merum, & mixtum Imperium potest exercere in terra sua, & cum hominibus suis, & habet omnes condamnationes, & ratione dicti Territorii quilibet, qui laborat cum duobus bobus, dat unum modium frumenti, & unum hordei, & quilibet habens Vineam dat unum congium vini, & 16 libras vini, & de qualibet domo debet habere fascem fæni.

Item debet habere de quibuslibet decem bestiis unam quartam agni, & habet multa alia jura minuta, & nihilominus potest disponere de dicto Territorio ad beneplacitum suum, & habet omnia, quæ pertinent ad regalia.

Item in Portulis ponit Gastaldionem suum, qui exercet omnem jurisdictionem, ut dictum est in Bullis.

Item annuatim Commune solvit 66 modia frumenti, & 66 modia vini, & Lib. sex vin., & quilibet Massarius unum Agnum valentem . . . . . 7. dat, & habet multa alia jura minuta, & habet omnia, quæ pertinent ad regalia, & omnem jurisdictionem, ut in Bullis.

Item in Montona ponit Gastaldionem, sive qui exercet omnem jurisdictionem, & habet omnes regalias ibidem, & recipit expensas cum tota comitiva sua a Comm., cum vadit illuc, & habet omnes condamnationes de omnibus maleficiis.

Item in Sancto Laurentio ponit Gastaldionem suum, qui exercet omnem jurisdictionem, & condamnationes omnes offendentes, & condamnationes sunt ipsius D. Patriarchæ, & imponit ibi collectas, & recipit expensas cum tota comitiva sua cum vadit illuc, & Nuncii sui similiter habent expensas.

Item habet ibi omnes regalias, & potest facere de terra, & hominibus, sicut vult, sicut de Terra, & hominibus suis, & habet multa alia jura minuta.

Item in loco de duobus Castellis ponit Gastaldionem suum, qui exercet omnem jurisdictionem, & condamnationes omnes offendentes, & condamnationes sunt ipsius Domini Patriarchæ, & generaliter in omnibus facit, & habet ibi sicut in Sancto Laurentio ut supra, & multa alia jura minuta.

Item in Rubino ut supra in duobus Castellis

Item in Valle ut supra in Rubino.

Item in Civitate Polæ ponit Gastaldionem suum qui exercet omnem jurisdictionem tam in Pola, quam in Polesana, & generaliter habet omnia prout in Civitate Justinopoli: item habet in certis redditibus in dicta Civitate a certis hominibus 82 modia frumenti, & 75 modia hordei, & habet ibi duo antiqua Palatia scilicet Jadrum, & Harenam, & Palatium unum in Platea Civitatis, & quasdam alias Domos, & quicumque accipit aliquem lapidem de dictis Palatiis Jadæ, & Harenæ pro quolibet lapide, quem accipit, solvit D. Patriarchæ bizantia centum: Item habet in Polesana infrascriptas Villas, quæ ad ipsum pertinent pleno jure tam in collectis imponendis, quam in Albergariis accipiendis, & toto Territorio earumdem Villarum, & habet omnem jurisdictionem, & omnes regalias, & potest facere de Villis, hominibus, & Territoriis, sicut de Villis, hominibus, & Territoriis, sicilet Midilano, Boniol, Ignano, Pudicano, Galisano, Paderno, Ravoriga, Sisano, Goreciliano, & Fasana.

Item in Cuzuol ponit Gastaldionem suum, & habet ibi per omnia sicut in dictis Villis Polisanæ.

Item in Galzana ponit Gastaldionem suum, qui exercet omnem jurisdictionem, & imponit ibi collectas, & recipit Albergarias, & potest facere ibi in omnibus, & per omnia sicut de terra, & hominibus suis.

Item in Albona ponit Gastaldionem suum, qui exerceomnem jurisdictionem, & imponit collectas ibi, & recipit Altbergarias, & a quolibet, qui habet decem oves, vel plures,

debet habere annuatim unam ovem cum agno, & unum alium agnum: Item a quolibet Massario unum modium frumenti, unum modium Annonæ, & unum modium vini. Item a Communi l. 19. Veronenses, habet regalia, & omnem jurisdictionem, & condamnationes, & multa alia jura minuta.

Item in Flanona ponit Gastaldionem, qui exercet omnem jurisdictionem, & imponit collectas, & recipit Albergarias, & a quolibet habente X oves, vel plures, debet habere annuatim unam ovem cum agno, & unum alium agnum, & a quolibet Massario modium unum, & dimidium vini.

Item juxta Flanonam habet Curiam cum Molendino, pratis, & aliis possessionibus adjacentibus, Item habet ripaticum navium, & omnia regalia, & multa alia jura minuta. Item in Catealba habet prout in Albona per totum, & tanto plus, quod quilibet Massarius dat unam bestiam, & duos solidos.

Item in Villa Sancti Martini habet per omnia sicut in Catealba: Item in Letam, in Sancto Petro, & in Hugla, in Roz, & in Bigont, in Sancto Sirgo, in Beffuarda, in Malazumpica, in Sidrena, in Valda, in Cerniglado, in Culmo, in Humeld, in Grinaldo, in quolibet in omnibus supradictis Villis ponit Dominus Patriarcha Gastaldiones suos, qui exercent omnes jurisdictiones, imponit collectas, recipit albergarias, habet condamnationes, & regalia, & de dictis Villis, hominibus, & Territoriis potest facere sicut vult, tamquam de suis.

Item in Pinguento ponit Gastaldionem suum, qui exercet omnem jurisdictionem, imponit collectas, recipit albergarias, habet regalia, & condamnationes, & de loco, hominibus, & Territorio facit, ut vult, tamquam de suis.

In Civitate Parentii ponit Gastaldionem suum, qui exercet omnem jurisdictionem, & habet ibi omnia, ut in Civitate Justinopolis, Item habet domos in eadem Civitate.

Item Castrum Sancti Georgii cum toto Territorio, & pertinentiis suis, & jurisdictione tota.

Circa factum Istriæ credo Ego Marinus Cuppo inducere Dominum Patriarcham, quod dabit omnia jura, quæ habet a Potestate de Sancto Joanne ibidem per totam Istriam videlicet temporalia ad affictum viginti novem annorum, quæ jura data fuere in scriptis Domino Dauro, & Domino Petro Teupolo volens facere Venetia Dominus Patriarcha res infrascriptas.

In primis petebat Patriarcha l. 900. de grossis a Venetia, Item petebat quod Venetia deberet facere in Civem suum.

Item petebat, quod Venetia faceret curare per Istriam, quod deberet currere sua moneta de Aquileja, & quod deberet currere per totam Istriam, sicut currit intus per Forumjulium.

Item petebat 1138 amphoras vini ultra illas, quæ sibi dantur hodie ad trahendum de Marchia Anconitana, vel de Istria in toto, vel parte accipere ad suam voluntatem, & portare in Forumjulium.

Item petebat modia 300. de blava ad trahendum de Marchia, vel Apulia, vel de extra culfum Istriæ, & adducere in Forumjulium, si sibi videbitur, & si sibi videretur ipsam trahere de Forojulio, & portare in Istria, vel in Dalmatia in terris amicorum, & volebat habere Bailiam in portando illam: Item petebat accipere de Istria, vel de Marchia, vel de Apulia centum milliaria olei, & conducere in Forumjulium.

Item petebat, quod Venetia non faceret sigillum de aliqua mercantia quæ exiret de Venetiis a Trevisio ultra nec a Tergesto hinc nisi ad Aquilejam.

Item petebat ducentum milites omni anno, si sibi essent necessarii, ad tres menses ad suum auxilium a Ponte Sancti Joannis usque ad Sclusam, & usque supra Tolmetium, & hæc omnia intendit velle Dominus Patriarcha omni anno.

Item petebat, quod ille, qui erit in Istria pro Venetia teneatur

teneatur sibi facere satisfieri infra tres menses totum illud, quod sibi deficiebat de suis rationibus, quæ non recepit, ita in isto tempore, quomodo in tempore Domini Patriarchæ Gregorii. 1303. mense Martio, Ind. prima.

Hoc est Exemplum cujusdam Publici instrumenti sigillati sigillis cereis pendentibus, Episcopi, Capituli, & Communis Tergesti: cujus instrumenti tenor talis est.

In Nomine Dei Eterni. Anno ejusdem millesimo ducentesimo nonagesimo quinto Indictione octava, die decimo intrante Marcio. Actum Tergesti in Episcopali Palatio, præsentibus prudente viro Domino Gillone Archidiacono Aquilegiense, & Dominis Blasio Mansionario Aquilegiensi, Rantulfo presbitero, Zufredo Notario de Tergeste, Rizardo, & Odorlico dicto Testa de Toppo familiari infrascripti Domini Episcopi, Ulvino plebano de Umago, Jacobo dicto Abbadia familiare dicti Domini Archidiaconi testibus ibi ad hec vocatis, & rogatis & aliis. Cum propter guerras, & discordias habitas olim in provincia Istriæ, & specialiter in districtu & Diocesi Tergesti, ville, & alia bona Episcopatus & Ecclesiæ Tergestine depopulate, desrructæ, & vastate sint, ita quod propter nimiam, & urgentem necessitatem, bona, & jura dicti Episcopatus obligata sint per Reverendum Patrem Dominum Brisam Dei gratia Episcopum Tergesti propter sui & familie sue opportunitatem, victus, & vestitus, & aliorum necessariorum, cum aliter habere non posset, & cum idem Dominus Episcopus usurarum onore pregravatus, dictum onus sustinere non valeat, quia in gravissimum dampnum, nec non in destructionem Episcopatus sui redundaret, que supradicta patent ad plenum, idem Dominus Episcopus habita deliberatione solempni, & consilio ac tractatu precedentibus cum prudente viro Domino Gillone Archidiacono Aquilegensi legato & nuncio Reverendi patris Domini R. Dei gratia Sancte Aquilegiensis sedis Patriarchæ, & Capituli Aquilegiensis ac cum discretis Viris Dominis Hen-

rico Decano, & Capitulo Ecclesie Tergestine, & aliis solempnitatibus, que de jure consueverunt in hujusmodi contractibus observari. Considerans concessionem, & locationem infrascriptam sibi, & Episcopatui suo esse espendientem & minus dampnosam locavit, concessit ac conscensit in vita sua Domino Matheo Baiardo Sindico, & procuratori Dominorum Sardii Mostelli Valesii Henrici, & Sardii de Larzento Consulum, Consilii, & Communis Tergesti, sindicario, & procuratorio nomine ipsorum. Renuntians de consensu & voluntate dictorum Dominorum Decani, & Capituli Ecclesiæ Tergestinæ officium Gastaldionatus, Cruentam & lividam & Regalia, cum eo jure quod habet, vel habere videtur. Et hoc pro precio & nomine precii ducentarum marcarum Frix. novorum denariorum Aquilegiensium vel Tergestine, de quibus dictus Procurator, & Syndicus, sindicario, & procuratorio nomine supradicto medietatem solvere promisit usque ad Festum Sancti Martini proxime venturi: Alteram vero medietatem a Festo Sancti Georgii proximi venturi ad unum annum inmediate sequentem in denariis jam dicto Domino Episcopo vel cui comiserit, sub pœna tercii plus in denariis, ut sors pro quolibet termino pro rata. Ita etiam, quod si idem Dominus Episcopus aliqua alia jura haberet contra Commune, & homines Tergesti in civitate & districtu Tergesti, que jura Commune, & homines de Tergesto non vident, nec credunt, nec recordantur, idem Dominus Episcopus quiescet & tacebit de ipsis petendis, vel requirendis in vita sua, salva sibi semper muta, moneta, decimis, Feudis, & jure Feudorum. Et si alique speciales persone eidem Domino Episcopo detinerent, vel occuparent possessiones, vineas, campos, prata, vel alia bona mobilia, vel immobilia, idem Dominus Episcopus possit eas & ea petere & requirere coram Domino Tergesti, confitens & asserens Dominus Episcopus memoratus, quod de jam dictis juribus superius nominatis nullam datam, vel alienationem, seu concessionem

fecit alicui persone, aliquo ingenio, sive causa vel modo. Quod si contrarium appareret, teneatur dictus Dominus Episcopus ad penam infrascriptam, & nihilominus suprascripta, & infrascripta firma permaneant. Revocavit insuper Dominus Episcopus memoratus omnes processus quos fecit contra Capitulum, & Clerum, & Commune, & homines Tergestine Civitatis & diocesis, & omnes & singulos eorum, cassans & irritans instrumenta, scripturas & omnia jura que apparerent exinde; Promittens dictus Dominus Episcopus de consensu, & voluntate dominorum H. decani, & capituli Ecclesie memorate, dicto Syndico, & Procuratori syndicario, & procuratorio nomine supradicto, stipulanti & recipienti dictas locationem & concessionem & consensum, & predicta omnia & singula dictis Communi, & hominibus de Tergesto rata & firma habere, attendere & observare, defendere, & manutenere, & non contravenire, vel facere, seu movere per se, nec per aliam aliquam personam interpositam aliquibus ratione, exceptione, vel modo ingenio, sive causa, sub pena tricentarum marcarum denariorum novorum Aquilegiensis, vel Tergestine monete, que tociens peti possit & exigi cum effectu, quociens eis contrafactum fuerit, pena quoque soluta, vel non, suprascripta & infrascripta nihilhominus in sua permaneant firmitate. Juraverunt insuper dictus Dominus Episcopus in suam animam sibi propositum, ac dictus Syndicus, & procurator in animas predictorum Consulum, consilii & Communis, ac suam tactis Evangeliis sacrosanctis, predicta omnia & singula rata, & firma habere, & tenere, & non contravenire, occasione aliqua vel exceptione. Obligans dictus Dominus Episcopus jam dicto Syndico & procuratori stipulanti & recipienti syndicario & procuratorio nomine supradicto, omnia bona & jura sua & Episcopatus sui, quæ si contra faceret, ipsi Commune & homines sua propria auctoritate, intromittere, tenere, ac possidere valeant, absque licentia, inditio, vel requisitione alicujus Domi-

nii, seu judicis Ecclesiastici vel secularis, omnisque alterius persone contradictione remota, usque ad integram solutionem, & satisfactionem omnium predictorum, que bona & jura dictus Dominus Episcopus precario jure se ipsorum nomine possidere confessus est, si contra predicta, vel aliquid predictorum faceret, vel veniret. Renuncians dictus Dominus Episcopus exceptioni indebiti, sine causa vel injusta causa, in factum actioni, omnique juri & legum decretalium, sive decretorum auxilio, constitutionibus, consuetudinibus, literis a Romana & qualibet alia curia impetratis, vel impetrandis, & cujuslibet alterius juris, & usus sufragio. Supradictis interfuerunt, Domini Henricus decanus, Jacobus Archidiaconus, Odorlicus Scolasticus, Almericus Sacrista, Gregorius, Karottus, Andreas, Tomas, Pertoldus, Floravancius, Marsilius, & Bernardus canonici Ecclesiæ memoratæ suum adhibentes assensum. Ad majorem autem predictorum omnium firmitatem, Dominus Episcopus memoratus, ac dicti Domini Decanus & Capitulum, consules, consilium, & Commune Tergesti, fecerunt presens instrumentum, eorum sigillorum pendentium apensione muniri. Ego Henricus Imperiali auctoritate Notarius hiis interfui & rogatus scripsi.

Ego Michael filius qu. ser Zampauli de Mugla imperiali auctoritate Notarius ad petitionem Venerabilis Antonii Dei gratia Episcopi, & comitis Tergestini, de mandato & licentia ejus supradictum exemplum ex publico Instrumento manu Henrici Imperiali auctoritate Notarii sigillato sigillis cereis pendentibus S. Domini Episcopi, Communis & Capituli Tergesti, rogatus fideliter sumpsi, scripsi, & exemplavi, ad perpetuam rei memoriam ne perdatur, nil addens, vel minuens, quod sensum mutet, vel intellectum, nisi forte literam, vel sillabam, aut puntum propter errorem, aut oblivionem, signumque meum apposui consuetum in testimonium premissorum Testibus hiis presentibus, discreto viro Stephanolo de Garbagniate,

Philippo de Tarabotis de Ancona, Osgualdo de Bertin..... diocesis, Nicolao qu. Johannis de Padua familiari dicti Domini Episcopi, & aliis.

Ex ipso pergameno autographo transumpto descriptum &c.

XXXII.

Procura del Patriarca Ottobono per ricevere dalla Repubblica l'affitto di Marche 450. *per le giurisdizioni dell' Istria, anno MCCCX.* (v. fol. 224.)

Anno Domini MCCCX die penultimo Julii in Castro Utini super Patriarchali Palatio present. Ven. & discretis viris Domino Ulrico Archiepiscopo Karintie: Manfredo de Mirolio Canonico Vercellensi. Fr. Enoch Monacho Monasterii Rosacens. Gerardino de Rocio Canonico Civitaten. Albertino dicto de Ravenna Canonico Utinens. Petro de Forolivio Not. Famil. infrascripti Dom. Patriarchæ, & al. Reverendus in Christo Pater, & Dominus D. Ottobonus Dei gratia S. Sedis Aquileg. Patriar. fecit, constituit, & ordinavit Vener. Virum Dominum Fr. Albertum Abbatem Sumaquen. Vicarium suum presentem, & mandatum hujusmodi sponte suscipientem suum certum nuncium, verum, & legitimum Procurator. ad petendum & recipiendum nomine suo, & Aquil. Ecclesie pro tempore preterito, & presenti a Magnif. Viro Domino P. Gradonico Duce, Consilio, & Communi Venetiarum pensionem seu prestationem, & affictum quadrigentarum quinquaginta marcharum Aquileg. monete eidem Domino Patriarche annuatim debitarum pro juribus, & Jurisdictionibus Ystriæ per ipsos Dominum Ducem, Consilium, & Commune Venetiarum. Item ad requirendum, & petendum quod idem Dominus Dux, & Commune Venetiarum bona mobilia ipsius Dom. Patriarchæ de anno preterito in Venetiis ablata eidem Domino Patriarche, seu familie sue ipsi Domino Patriarche restituantur secundum formam Pa-

cis nuper firmate inter ipsum Dominum Patriarcham & D. Dominum Ducem, & Commune Venetorum, & ad bona hujusmodi recipiendum finem, remissionem, & quietationem, & pactum faciendum amplius non petendi de omnibus, & singulis antedictis nec non ad paciscendum, & pactum firmandum cum quocunque, monetam Aquilegensem cudere volente, sicut melius poterit, & videbitur expedire cum appositione pene, & promissionis, seu obligationis cujuslibet necessarie ad predicta vel aliquid predictorum: & generaliter ad omnia, & singula faciendum, & exercendum in predictis: & in quolibet premissor. que ipse Dom. Patriarcha facere posset, & que de jure, vel consuetudine requiruntur, etiamsi mandatum exigerent speciale. Promittens idem Dom. Patriarcha nomine suo, & Aquileg. Ecclesie mihi Notario infrascripto stipulanti, & recipienti, nomine, & vice omnium, & singulorum quorum interest vel intererit, se firmum, & ratum perpetuo habiturum, quidquid dictus Procur. fecerit, promiserit, & firmaverit in premissis, & in quolibet predictorum sub omnium suorum, & Aquil. Ecclesie obligatione bonorum &c.

XXXIII.

Parlamento in Udine per le ostilità del Conte di Gorizia nell' Istria, anno MCCCXXX. (v. fol. 229.)

Infrascripta facta, & firmata fuerunt in Colloquio generali celebrato in Utino in Sala inferiori Castri, & palacii Patriarchali die Jovis XVIII mensis Aprilis, in quo quidem Colloquio interfuerunt more solito liberi ministeriales, Communitates, & alii vocati, ex quibus collegi infrascriptas notabiles personas.

D. Guillelmus Dec. Aquil.	D. Guido Decanus Civitans.
D. Fr. Gibertus Abbas Rosacen.	D. Odoricus Pl. de Strasoldo
D. Fr. Johannes Abbas Rosacen.	D. Eusebius Canonicus Aquil.

D. Jacobus de Ca... Can. Civit.
D. Marcus Miles de Prampergo
D. Federicus de Villalta
D. Johannes de Villalta.
D. Girundus de Cucania
D. Rapocus de Suetio
D. Ropretus de
D. Coradus Zianus
D. Magister Odoricus Notarius
D. Phantinus de Prampergo
D. Asquinus de Colloreto
D. Federicus de Maniaco
D. Aphasius de la Turre
D. Carlevanus de la Turre
D. Federicus da la Turre
D. Bernardus de Strasoldo
D. Malcus de Strasoldo
D. Federicus de Savorgnano
D. Franciscus de Manzano
Botus Notarius
Federicus Sergilvani de Utino
Mapheus Notarius de Aquil.
Hic.... Notarius de Elemona
& alior. quamplurium multitudine copiosa.

Propositis per Ven. Patrem Dominum Paganum Dei gratia S. S. Aquil. Patriarcham & diligenter & provide, *injuriis gravaminibus & oppressionibus que illate sunt & inferunt continue sibi & Ecclesie Aquil. & servitoribus ejusdem & maxime noviter in partibus Histrie & Pole pro illo de Comitatu Goricie simul cum Petro de Petrapilosa* ob quorum causam dictum colloquium convocaverat, ipse Dominus Patriarcha requisivit instanter omnes & singulos de Colloquio sub fide qua tenentur sibi & Ecclesie Aquil. atque ipsis distincte mandavit quatenus sub predictis sibi consulere debere fideliter tenentur tanquam fideles servitores, & subditos Eccl. Aquil. & prout expedierit & consultum fuerit pro defensione honoris & jurium Ecclesie Aquil. suum sibi prestare auxilium, & favorem. Quesito igitur more solito ab universis in dicto Colloquio constitutis quid circa predicta agendum, & quid consulebant, provisum fuit & ordinatum ac confirmatum ibidem nemine discrepante quod esset salubrius & discretius super talibus consuli per paucos quam per multos, Dominus Patriarcha habere deberet consiliarios suos qui erunt ibidem & quod nova fieret electio de duodecim Consiliariis scilicet de duobus

pro Prelatis, de duobus pro Liberis, de quatuor pro Ministerialibus, & de quatuor pro Civitatibus; qui duodecim simul cum aliis viderent, tractarent, agerent, & adimplerent simul cum Domino Patriarcha omnia, & singula que utilia & necessaria essent circa predicta, pro honore & statu Ecclesie Aquilejensis & servitorum ejusdem: qui duodecim eamdem haberent potestatem quam habet totum Colloquium, & quod quidquid per ipsos fieret, illam habeat firmitatem, & robur ac si per totum Colloquium factum esset.

Surgentibus igitur & se in partem trahentibus juxta eorum consuetudinem omnibus de dicto Colloquio pro eligendis dictis duodecim Consiliaris, electi fuerunt infrascripti qui finito Colloquio pro complendis predictis cum Domino Patriarcha remanserunt, videlicet

D. Decanus Aquil.
D. Abbas Rosacens.
D. Mapheus Notarius pro Communitate Aquil.
D. Comodus Boianus pro Communitate Civitatensi
Federicus de Savorgnano pro Communitate Utini
Federicus della Turre Capitaneus Glemone pro Communitate Glemone

Federicus de Villalta Bernardus de Strasoldo Artichus de Prampergo	pro liberis
Peregrinus de Spilimbergo Asquinus de Colloreto Rizonius de Valvasono.	pro ministerialibus.

XXXIV.

(33)

Investitura della Gastaldia di Muggia anno, MCCLXXIX.
(v. fol. 256.)

1279. VII. Indict. apud Civit. Laude. In Episcopali Palatio primo Intrante Septembrio. Present. D. D. Manfredo Archipresbytero Modoeciensi. Gottefrido & Gastono de la Turre. & Marsuto de Trabina. Testib. ad hoc vocat. & al. Reverendus Pr. & D. Raymundus D. G. Sancte Aquileg. Sedis Patriarcha & Istrie atque Carniole Marchio. pro se suo nomine & nomine Ecclesie Aquileg. Vitali de Mugla Gastaldiam ejusdem Terre de Mugla usque ad ipsius D. Patriar. beneplacitum manu propria investivit. Qui Vitalis in continenti juravit ad S. D. E. ipsius Gastaldie Officium ad honorem dicti D. Patriarche & Ecclesie Aquileg. fideliter & sine fraude exercere. petendo vel recoligendo jura & rationes ipsius D. Patriarche & Ecclesie Aquileg. ubicumque & apud quoscumque fuerint: nec ea occultare vel occultare facere vel diminuere odio pretio vel amore: sed ea requirere & habere ad utilitatem predicti D. Patriarche & Ecclesie Aquileg. & reddere integre rationem ipsi D. Patriarche: vel cui Ipse mandaverit de omnibus redditibus & Juribus ipsius Gastaldie que perceperit vel habuerit, & etiam eidem D. Patriar. vel ejus Nuncio fideliter assignare dare & solvere eidem D. Patriarche vel cui mandaverit Fictum & redditus quos Gastaldiones qui fuerunt pro tempore per se & per se ipsis ratione ipsius Officii Gastaldie de Mugla: & omnia alia & singula facere fideliter que ad ejusdem pertinent officium Gastaldie. In cujus rei Testimonium memoratus D. Patriarcha . . . . presens fecit sui Sigilli pendentis munimine roborari.

Ego Johannes de Lupico &c.

XXXIV.

Sentenza del Patriarca Pagano per le ostilità fatte da Nassinguerra di Pola contro il Conte di Gorizia, in Istria, anno MCCCXXX. (v. fol. 230.)

Noverint Universi præsentes Litteras inspecturi quod cum magnificus Vir Dominus Griffo de Reusemberch Capitaneus Comitatus Goritiæ, nomine, & Vice Illustris Dominæ Dominæ Beatricis Comitissæ Goritiæ Matris, & Tutricis Domini Johannis Henrici Comitis Goritiæ filii sui minoris, & ipsius Pupilli ex una parte, & Naxinguerra de Pola suo nomine, & nomine Sergii ac aliorum Consortum suorum, & Communis Polæ, nec non Syndicorum de Adignano, Castro Vallis, Duorum Castrorum, & de Albona subditorum nostrorum de Istria ex altera parte, in Nos Paganum Dei & Apostolicæ Sedis gratia Sanctæ Sedis Aquilegensis Patriarcham concorditer, & communiter compromiserint super dampnis, & injuriis datis, & factis per ipsos de Pola, & alios nostros subditos superius nominatos, ac eis super hoc adherentes in terra de Barbana ad dictos Comitem, & Comitatum spectantem, quam violenter pridem ceperunt, & destruxerunt. Nosque pro bono Pacis, & Concordiæ pro restitutione dampnorum hujusmodi Sententialiter pronunciaverimus, ut usque ad Carnis privium proxime futurum, prefati nostri subditi dent, & solvant prefato Comiti, seu agentibus pro eodem Marchas quingentas Solidorum &c. quæ in Instrumento ipsius nostræ Sententiæ continentur. Nos Patriarcha prædictus promittimus per præsentes eidem Domino Capitaneo nomine quo supra recipienti procurare quod pecunia jam in prædicto termino persolvetur cum omnibus dampnis, expensis, & interesse quæ ipsi Comes, & Agentes pro eo a prædicto termino in antea substinerent, & eisdem Comiti, & Comitatui taliter assistere, quod illam cum

prædictis dampnis, expensis, & interesse integraliter consequentur, & omnia alia servabuntur quæ in prædicta nostra Sententia continentur. Manuali de hoc ipsi Capitaneo fide data.

Datum Utini die XVI Augusti anno ut supra, scilicet MCCCXXX.

(34)

Permuta ai Frati Conventuali d' una Piazza in Capodistria approvata dal Ricario, anno MCCLXIV. (v. fol. 256.)

Anno Domini MCCLXIV. Indictione 7. die XIV. exeunte Martio. Actum Justinopoli. Presentibus Domino Zanino qu. Marci: Domino Bernardino qu. Domini Bernardi de Tergesto: Domino Valperto de Putrando: Johanne qu. Domini Dettalmi Vicedomino: Bernardo Belgramono, & aliis. Dominus Serensis Richarius in Istria per Venerabilem Dominum Gregorium Dei gracia Sancte Sedis Aquilegiensis Patriarcha ex commissione sibi facta a dicto Domino Patriarcha dedit atque concessit titulo permutationis Fratri Umili Guardianum Fratrum Minorum de Justinopoli recipiente pro dictis Fratribus ac ordine Frattum Minorum unam Plateam positam Justinopoli in Caprillo juxta quam possident dicti Fratres a tribus lateribus; a quarto est via Pubblica: Pro eo quod dictus Frater Umilis de voluntate Fratris Jacobi de Brixia sui Ministri, & aliorum Fratrum de Justinopoli dedit pro Cambio dicte Platee supradicte Domino Serensi recipienti nomine, & Vice dicti Domini Patriarche aliam Plateam positam in eodem loco juxta Eccl. dicti Patriarche a duobus lateribus: & a duobus est Territorium ipsorum Fratrum tali conditione inter eos habita ut si aliquando contingeret Fratres Minores relinquere predictum locum: tunc predicta Platea Domini Patriarche redeat ad ipsum vel suum Successorem: & Platea quam dederunt Fratres redeat ad ipsos Fratres &c.

Et Ego Vitalis filius . . . . Justinopolis . . . . Istrie atque Carniole Marchionis Notarius his omnibus interfui & voluntate, & concordio partium scripsi & roboravi.

XXXV.

Trattato di Pace fra Niccolò Patriarca, e Mainardo, ed Arrigo Conte di Gorizia, anno MCCCLV.

(v. fol. 242.)

Nos Nicolaus Dei gratia Sanctæ Sedis Aquilejensis Patriarcha notum facimus universis presentes litteras inspecturis quod ob amorem, & benevolentiam, quam ad magnificos & Potentes viros Dominos Mainardum, & Henricum fratres Goritie, Tyrolis Comites, dicte Aquilejensis, Tridentine, & Brixiensis Ecclesiarum Advocatos . . . . nec non ob affectionem Magnifici, e Potentis viri Domini Francisci de Carraria pro Imperiali Majestate Civitatis Padue districtus Vicarii Generalis amici, & fratris nostri carissimi se interponentis pro Pace, & Concordia infrascripta, cum dictis Dominis Comitibus, & eorum fautoribus, & servitoribus, quibuscumque super omnibus litibus, & questionibus quacunque occasione inter nos, & ipsos hinc inde vertentibus Pacem, & firmam Concordiam perpetuo duraturam, fecimus, ac per presentes facimus, & permittimus in hunc modum pro ut in infrascriptis plenius, & per omnia continetur. Primo videlicet quod nos, per nos, & nostros successores, ipsos Dominos Comites, & eorum hæredes libere, ac perpetuo in eorum advocatia nostre, & Aquilejensis Ecclesiæ, & in omnibus juribus ad dictam Advocatiam spectantibus quocunque nomine censeantur pro ut antecessores, & progenitores eorum ipsam Advocatiam hactenus tenuerunt nullo modo impediamus, nec in eadem Advocatia eis, vel eorum hæredibus aliquid dampnum inferamus,

nec nos met, nec alicui alteri consentiemus clandestine, vel a parte, sed specialiter ipsos, & eorum hæredes, vel fratrem eorum Comitem Albertum si sine hæredibus ipsos decedere contingeret, quod absit, in dicta Advocatia, & ejus pertinentiis, & in omnibus aliis eorum juribus manutenebimus, protegemus fideliter, & deffendemus tanquam nostros, & nostræ Ecclesiæ antedicte veros, & legitimos Advocatos ita, & taliter quod de dicta Advocatia, & juribus suis libere gaudere, frui, & uti valeant quacunque contradictione vel obstaculo penitus remotis per nos, & nostros servitores, & subditos quoscunque. Item quod nos ipsis Dominis Comitibus compleamus per effectum omnia pacta ipsis per nos promissa in Boducis quam in littera per nos ipsis ibidem data plenius continetur, & si quæ comissa forent contra pacta in predicta littera contenta emendentur. Item quod nos tenemus eisdem Dominis Comitibus restituere partem ipsam in Varino. Item quod nos tenemus præcipere effectualiter omnibus subditis, & servitoribus nostris quatenus per dictis Dominis Comitibus, vel eorum alteri ostendant litteras, & jura sua super bonis ipsorum quod ab ipsis tenent in feudum, vel jure pignoris quandocumque per eosdem Dominos Comites super ea fuerint requisiti, & si qua feuda, seu in pignorationes per non indebite occuparentur illa prosequi fovere debeamus, & nullatenus impedire absque fraude. Item omnia bona Nobilium de Forojulio . . . . que per nos forent intromissa, & que habentur ab ipsis Dominis Comitibus in feudo, vel que per Progenitores ipsorum aut per ipsos forent impignorata quandocumque nos de juribus eorum per ipsos informabimus libere restituere teneamus. Item non debebimus, nec tenemur ipsos Dominos Comites impendire in bonis quorumcunque ipsorum servitorum de Castellutto, ubique, exceptis illis bonis que a nobis habentur in feudo. Item quod a Civibus ipsorum Portulatis non recipiatur aliqua muta in locis nostris de

cætero cum per ipsos informati fuerimus quod hujusmodi mutam dare non teneantur. Item quod Claustro de Butsiulo predictorum Dominorum Comitum fondationi per homines de Palazolo, aut alios servitores nostros de cætero non fiat aliqua injuria, vel gravamen, & si fieret procedere tenemur contra delinquentes usq. ad integram satisfactionem. Item quod si aliqua bona feudalia ipsorum Dominorum Comitum ab ipsis per nostros tempore debito non essent requisita, seu petita, vel que ad ipsos Dominos Comites essent devoluta eadem Bona prosequi debent mediante justitia, & in eisdem bonis eos manutenere, fovere fideliter, & conservare tenemur. Item debemus illis de Villalta, & de Castellerio, & aliis servitoribus nostris perpetua servitia que ipsis Dominis Comitibus per eosdem contra nos facta sunt de cætero non inferre aliquam molestiam, seu indignationem occasione hujusmodi servitorum absque dolo, & fraude, & bona ipsorum ipsis restituere integre, & complete, ita quod ipsi de hujusmodi bonis frui, & gaudere valeant possessione pacifica. Item quod relaxamus omnes servitores Dominorum Comitum, & absolvimus ab omnibus juramentis & promissis si qua per eosdem nobis facta fuissent. Item remittimus omne dampnum quod nobis, & nostris illatum est tempore treguarum integrum, & completum. Item omnes, & singulos Carceratos per nos, & nostros detentos in Forojulio, Carsis, & Istria subditos ipsorum Dominorum Comitum relaxamus pristine libertati. Item si aliqua bona predictorum Dominorum Comitum, vel eorum subditorum per nos, vel nostros forent occupata, debemus illis quod petunt restitutionem dare terminos debitos, & etiam illis quod debent respondere, & si petentes petunt ostendere juxta rationem quod contra juris sint expulsi debemus ex nunc eosdem ponere in possessionem, & habita possessione illi respondeant per justitiam impetentibus eos salvis juribus omnibus, & munumentis, que habemus, vel habere videmur nos, & Aquilejensis Ecclesia in *Castro de*

Petrapillosa, & suis pertinentiis & aliis quibuscunque, salvis etiam omnibus juribus, & monumentis que habent, & habere videntur Domini Comites antedicti super Dominium Vallis, Cadubrii, & Civitatis Venzoni, & suis pertinentiis. Item si per nos, vel nostros subditos Dominis Comitibus, vel suis alique novitates, vel dampna insurgerent modo quocumque hoc debent dicti Domini Comites vel quiqunque erit loco ipsorum in Goritia nobis, aut alteri qui loco nostri erit in Forojulio significare, & de quacumque informabimus fuisse irrationabiliter, aut violenter factum illud promittimus emendare infra tres menses totaliter, & complete postquam requisiti fuerimus super eo; si vero illud facere neglexìmus omne dampnum quod exinde dicti Domini Comites perciperent illud teneremur sibi persolvere cum effectu obligantes ad hec omnia bona nostra, & prefate nostre Ecclesie Aquilejensis. Item tenemur precipere Johanni de Stayngemberch ut dictis Dominis Comitibus restituat medietatem *Castri ipsorum in Ratspurch* cum *aliis Villis* ipsorum, & eorum servitorum, quos detinent occupatos, & si idem Iohannes hoc facere recusaret nos tenebimur prebere auxilium dictis Dominis Comitibus contra predictum Iohannem juxta possibilitatem nostram. Item promittimus dictis Dominis Comitibus quodcunque ipsi petent a Johanne de Stengenberch restitutionem bonorum videlicet servitorum eorum, Enrici de Rutesperch illorum de Cottuch, & Nicolussii qu. de Castro novo si tunc idem Johannes eamdem restitutionem facere recusaret ex nunc eidem Johanni nullum auxilium dare, & prebere debebimus contra Dominos Comites antedictos. Item si aliquos fecissemus Processus contra predictos Dominos Comites vel eorum servitores per querimonias seu excomunicationes vel alio modo quocumque illos omnimode tenemur revocare, & per omnia presentibus revocamus, que quidem omnia, & singula suprascripta promittimus per fidem nostram remotis omni dolo, & fraude adimplere, attendere, ac inviola-

biliter observare, & contra ea, seu eorum aliquod per nos, seu alio modo aliquo nullatenus facere, vel contravenire. In quorum omnium testimonium presentes fieri jussimus nostri sigilli appositione munitas &c.

Datum in Monasterio Sancte Mariæ prope Varmum die XXII mensis Sept. Anno Dominice Nativitatis MCCCLV. Indictione VIII.

XXXVI.

Nota di Odorico d' Udine intorno l' occupazione di Trieste, anno MCCCLXXXII. (v. fol. 248.)

Civitas Tergesti cum auxilio & favore Januensium extitit scilicet in MCCCLXXX. per B. M. D. Marquardum Patriarcham acquisita de Manibus Venetorum illam occupantium redempta cum castris de Mucho & Muchulano: ipsique Patriarche pro se & successoribus suis ac vice & nomine S. Aquileg. Ecclesie per Cives d. Civitatis prestitum extitit obedientie & fidelitatis plene & perpetue debitum juramentum: ita quod idem Patriarcha & Successores sui perpetuo in ipsis Civitate & Casrris providere poterant ac debebant de Capitaneo, & Rectoribus pro eorum libito voluntatis ipsorum tamen Civium sumptibus: & preter hoc tenebantur ipsi Cives eidem Patriarche & Successoribus suis sive Aquileg. Ecclesie de certis censibus annis singulis (*scilicet Riboli amphoras* C. *&* *Marchas denariorum* C.) reddere, prout hec & alia Instrumentis Publicis inde confectis manu Jacobi de Fagedis tunc Patriarcalis Notarii debent seriosius & plenius contineri: eorumque fit mentio in Sententia D. Comitis Sabaudie predicti. Nunc autem propter guerras nimias in Patria existentes; & potissime quia supradictus D. Cardinalis & Patriarcha, impedientibus nonnullis sibi & d. Ecclesie Rebellibus: plenam & debitam Patriarchatus non

non potuit consequi obedientiam & debita jura sua: *Dominus de Duino sibi usurpavit & usurpat Civitatem* & Castra predicta indebite & de Facto.

(36)

Concessione di due Castelli a Monfiorito di Pola Marchese d' Istria, anno MCCLXXVIII. (v. fol. 257.)

1278. Sexta Indictione apud duo Castella in Ecclesia Plebis dicti loci die Lune decimo intrante Jannuario. Domino Semprebono Abbate Sancti Petri de Silva, Domino Epone Abbate Sancte Petronille, Domino Petro Plebano de Tricesimo Domini Raimundi Dei Gratia Patriarche Aquilegensis . . . . . Domino Asquino de Varmo: Nicolao de Budrio: Leonardo de Utino & Henrico de Portis Militibus. Et Francisco de Frontebono, & Thoma de Cucanea Testibus & aliis multis. Reveren. Pater Dominus Raimundus Dei Gratia Sancte Aquilegensis Sedis Patriarcha pro bono statu Terre de duobus Castellis commisit Domino Monflorito de Pola tamquam suo Richario custodiam Turris de duobus Castellis quam habebat, & tenebat Merulus de duobus Castellis & Terram & homines ipsorum duorum Castrorum & curam ipsorum ad honorem ipsius D. Patriarche & Ecclesie Aquileg. fideliter conservandas usque ad ejusdem D. Patriarche beneplacitum voluntatis. Item commisit eidem D. Monflorito tamquam suo Richario ut faciat diligentem inquisitionem de morte quondam Lottarii de duobus Castellis & de morte Mariti Serconis de eodem Loco & qui fuerint illi qui eos interfecerunt & qui fuerint culpabiles verbo vel opere de Morte ipsorum. Item commisit eidem Domino Monflorito tamquam suo Richario ut faciat inquisitionem de illis qui fecerunt contra Bannum & Mandatum ipsius Domini Patriarche auferendo vel derobando quoscunque postquam idem Dominus

P

Patriarcha hodie die Lune introivit cum gente sua Terram de duobus Castellis. Item ammovit Dominum Merulum de Offitio Gastaldie quam ipse exercuerat in duobus Castellis & commisit eidem Domino Monflorito tamquam suo Richario ut ad honorem Ipsius Domini Patriarche & Ecclesie Aquilegiensis aliquem probum Virum idoneum & fidelem qui auctoritate Domini Patriarche in terra de duobus Castellis exerceat Offitium Gastaldie usque ad beneplacitum dicti Domini Patriarche.

Ego Johannes de Lupico &c.

XXXVII.

Vendita della Gastaldia di Manzano, con assenso del Parlamento per la guerra in Istria, MCCCLXXX. 7. Ottobre.
(v. fol. 249.)

Marquardus D. gratia sedis Aquil. Patriarcha tenore presentium notum fore facimus universis &c. Cum jam per multa tempora graviss. & duriss. guerra esset exorta inter nos nostramque Aquil. Ecclesiam & Patriam Forijulii ex una parte, & Venetos, & Communitatem Venetor. ex altera, & usque in presentem diem non esset vinculo pacis sopita, imo de die in diem invalescit crudelior, nam Veneti antedicti eorum potentia nos ipsamque Ecclesiam Aquil. & ejus subditos multipliciter aggravant de presenti per captiones hominum, incendia, spolia & rapinas, & precipue in terris locis & Castris in Istria situatis ad quorum, & quarum damnificationem Veneti antedicti venerunt cum apparatu maximo Galearum que in numero quinquaginta septem absque aliis plus navigiis que erant in numero copiosa, unde ad subventionem dictorum locorum & terrarum succurrere necessarium erat de subito, & absque mora taliter providere quod loca predicta per invasionem nostram a gremio Ecclesie non recederent & ruine perpetuo non valeant

subiacere nisi singularis & celeris provisio fiat in predictis, & maxime attentis supplicationibus & petitionibus hominum & Communitatum dictarum terrarum, & locorum qui humilissimis precibus, & oculis lacrimosis per se non valentes potentie Venetor. resistere non cessarunt neq. cessant petere a nobis tanquam eorum Domino singulari & naturali opportuna subsidia & auxilia pro defensione ipsorum, ut dominio & ditioni Venetor. non subiugentur, & ne sub umbra nostra pereant qui debemus esse ut eorum Dominus eorum protector, & defensor, & ut citius inclinaremur ad subsidia porrigenda narrarunt etiam in ipsorum petitionibus durissimas & non auditas crudelitates quas Veneti fecerunt in locis per eos debellatis & devictis, quia loca predicta spoliaverunt, eisdem suspectos occiderunt, feminas vituperaverunt & spoliaverunt, & postea loca predicta combusserunt & alia inaudita commiserunt prout veridica fama ubiq. locorum vera testimonia peribet: ex predictis quamobrem supplicationibus & petitionibus per nos visis & mature in terra nostra discussis cura vigili, & solicita & ex debito ad quod tenemur videntes multa pericula iminere circa perditionem predictarum terrarum & locorum, & videntes nos pecuniis exinanitos, & videntes quod ob defensionem Patrie Forijul. & Istria, Contratam Tulmini obligaverimus Gastaldiam Carnee, Gastaldiam Tricesimi, Gastaldiam Faganee & ceteros alios redditus mense nostre, & videntes nos extenuatas medietate reddituum nostrorum propter querimoniam presentem in . . . . & aliis prout notorium erat toti Patrie audite tanquam titubantes & perplexi pro permissione singularum & celeri fienda circa predicta & absque mora ad sextam mensis Maii nunc preteriti convocaverimus Parlamentum totius nostre Patrie Forijul. in quo multo exposuimus summas & urgentes necessitates quibus est necessarium providere pro defensione terrarum & locorum Istrie, & exposuimus evidentes utilitates . . . . . . Forijul. permissio data circa defensionem locorum Istrie, quorum loca & castra Istrie antedicta sub

jugo & dominatione Venetor. parlamentum Patrie Forijul. . . . .
. . . . salem oleum & rubiolum per mare, sine quibus male posset vivere Patria antedicta, & cursus multorum extraneorum cessaret in ipsa Patria quod redundaret in grave dampnum & jacturam Patrie antedicte, quibus propositis & narratis deliberatum fuit in parlamento antedicto & nobis consultum quod pro defensione predictorum locorum, & terrarum Istrie deberemus ad alienationem fructuum Gastaldie nostre Mansani procedere & non ad alienationem aliquorum fructuum ad mensam nostram spectantium, ne homines & Communitates predicte sub umbra nostra pereant & ne perpetue subiaceant servituti, & ne patria nostra Forijul. de vino, oleo, & sale & aliis mercemoniis dampna intolerabilia patiatur, & quod de pecuniis alienationis prefate concedente Domino perficiende viri in armis experti ad stipendium nostrum vocarentur qui ad subsidia terrarum predictarum mitterentur una cum tota talea patrie Forijul. antedicta, qua deliberatione in parlamento predicto sic facta per exequtionem provisionis predicte die sequente convocari fecimus totum Clerum & Presbiterium Patrie Forijul. jam per nos convocatum. In qua congregatione interfuerunt dilecti in Christo filii Rosacensis, & Mosacensis Abbates, Decanus Aquil. & Decanus Civitatis, & Decanus Utinensis prepositus S. Felicis, Decanus Concordiensis, & prepositus Carnee, Procurator Abbatis Sextensis, Procurator Abbatis Belunensis & ceteri Canonici Plebani & Clerici in numero copioso ubi proposuimus summas & urgentes necessitates & accidentes utilitates superius expositas super celeri provisione fienda circa detentionem locorum & terrarum Istrie, & proposuimus & narravimus deliberationem in parlamento factam videlicet ut quod nos deberemus fructus & redditus Gastaldie Manzani alienare & vendere & ceteros alios fructus & redditus ad mensam nostram spectantes & pertinentes, & proposuimus qualiter non volebamus ad aliquam alienationem procedere fructuum predictorum inconsulto toto Clero & toto Presbiterio audito, &

quod notorium ipsis erat ut in parlamento expresseramus & narraveramus deliberationem ubi major pars omnium predictorum Prelatorum & Clericorum item erat quod pecunias non habebamus vel aliqua alia mobilia que nos vendere vel obligare possemus, & quod alias per summam & urgentem necessitatem & evidentem utilitatem nostre Aquileg. Ecclesie de ipsorum voluntate & consensu alienavimus certos fructus & redditus Contrate Tulmini, Carnee, Tricesimi, Faganee & certos alios redditus ad mensam nostram spectantes & pertinentes & supra specificatos, & si eis videretur utile atq. necessarium pro subventione terrarum & locorum Istrie quod venderemus, & alienaremus ad septem annos fructus & redditus Gastaldie nostre Manzani ac fructus & redditus infra descriptos. Primo Petrus solvit libras piperis tres, uxor . . . libram piperis mediam. Item Micus libram piperis unam. Item Bridana libram piperis unam cum dimidia. Item Massimus libram piperis mediam. Item Menstucho libram piperis unam. Item Petrus juratus & Henricus solvit star. frumenti unum & starium avene unum. Item heredes Johannis Cubertini staria avene quinque cum dimidio & libram piperis unam, omnes isti solvunt per Crais. Item pro Crais iterum in pecunia solvunt march. denarior. quinque cum dimidia. Item pro prato de Saleto menis Jacho solvit annuatim pro praida sua starium unum cum dimidio frumenti & starium medium avene. Item Martinus solvit annuatim star. frumenti medium & star. medium avene. Item Detonius solvit annuatim star. unum frumenti, & unum avene & omnes alii marchas denariorum tres. Quibus propositis & narratis totus Clerus, & presbiterium antedictum tractaverunt in presentia nostra & mature & solempniter deliberaverunt alienationem predictam facere omino perficiendam cum talis alienatio sit utilis & fructuosa & necessaria, & discussione ibidem facta minus dampnosam ceteris aliis alienationibus pro evidenti utilitate & urgenti necessitate Aquil. Ecclesie ut superius declaratum fuit in parlamento: &

propositione per nos facta coram presbiterio & Clero prædicto & per notarium publicum manifestum erat in tantum in quantum alienatio prædicta celebretur & perficiatur & eligatur quod est Ecclesie Aquil. profuturum, & talis alienatio meliora pro Aquileg. Ecclesia respicit & concernit, quia urgentem necessitatem concernit pro subventione terrarum & locorum Istrie, evidentem utilitatem concernit ne patria nostra Forijul. vino sale & oleo mercimoniis careat ut promittitur in grave ipsius patrie prejudicium & jacturam, qua deliberatione sic habita ac firmata iterato & alia hora convocato dicto Clero in quo interfuerunt omnes supranominati & cuncta supradicta per nos proposita fuerunt ut de prefata alienatione fructuum predictorum magis solempniter tractarent. Quibus positis & narratis unanimiter & concorditer deliberatum fuit per viam & in totum sicut primo asserentes hanc alienationem utilem & fructuosam & minus dampnosam pro Aquil. Ecclesia. Quapropter visa necessitate & utilitate predictis certificationem fecimus publice & privare & in pluribus vicibus plures personas si volebant fructus & redditus Gastaldie Manzani & alios fructus super specificatos emere, & licet plures apparuissent emptores, tamen dilectus fidelis noster Leonardus q. Frederici de Manzano majores pecunie summas obtulit ceteris aliis. Ideoque visis deliberationibus antedictis, atq. attentis necessitatibus & utilitatibus supradictis per nos & successores nostros ac vice & nomine Aquil. Ecclesie eidem Leonardo de Manzano damus tradimus & vendimus omnes & singulos fructus redditus & proventus Gastaldie nostre Manzani ac Gastaldia cum Garitto juribus & jurisdictionibus quibuscumque ad eandem Gastaldiam spectantibus, demum omnes & singulos fructus superdescriptos in specie usq. ad septem annos proxime venturos secundum deliberationem alias per nos & totum Clerum factam, de quibus fructibus & redditibus idem Leonardus & successores sui possint facere suam omnimodam voluntatem, & hac pro pretio & foro centum

& quinquaginta marchar. denariorum monete Aquileg. Ecclesie quas confitemur ab eodem Leonardo recepisse & integraliter nobis nostro nomine numeratas esse, & per pactum expressum nomine nostro & nomine nostre Aquileg. Ecclesie renunciamus omni exceptioni que contra confessionem & alienationem predictas possemus nos, & Aquileg. nostra Ecclesia defendere cultum, quos centum quinquaginta marchas ordinamus & mandamus dari & assignari per Iohannem Camerarium nostrum prout ut Clerum extitit dedit & assignavit pluribus & . . . nobilibus stipendiariis ad nostrum stipendium convocatis pro defensione locorum & terrarum Istrie ut superius est expressum secundum deliberationem per nos & Clerum & parlamentum factam. Qua alienatione sic facta & celebrata dictus Leonardus in pleno parlamento hodie in terra nostra Utini congregato petiit confirmationem dicte alienationis in eum facte sibi fieri debere per dictum parlamentum cum dictas centum & quinquag. marchas den. nobis assignatas & de nostra voluntate & per Iohanem Camerarium assignate & tradite fuissent stipendiariis electis ad eundum Istriam pro defensione terrarum & locorum Istrie secundum deliberationes super specificatas, quam alienationem ibid. totum parlamentum approbavit & ratificavit, prius tamen habita informatione & probatione de pecuniis supradictis assignatis & in Istriam transmissis. In quorum omnium testimonium & plenum robur presentes litteras scribi fecimus nostri sigilli appensione munitas.

Actum in Castro terre Utini in nostro publico generali parlamento nobilium & Communitatum coloquio die septimo Octobris anno Nativitatis Domini 1380. ind. III.

Nos Kermanus de Murutio Vicedecanus, Iohannes senior della Turre, Kermanus de Ferlione, Johannes junior della Turre, Iohannes de Spiritelis, Antonius de Verneto, Antonius de Ranchonis, & Bartholomeus de Bobio omnes Canonici prebendati Aquileje ad Capitulum per suprascriptis & inscriptis exe-

quendis loco & more solitis spiritualiter congregati, vocatis quidem omnibus convocandis rationabilibus & maturis tractationibus ac deliberatione circa omnia & singula contenta in superscriptis litteris prefati Domini nostri Domini Marquardi Dei gratia S. Sedis Aquileg. Patriarche coram nobis & dicto Capitulo productis, & seriosius declaratis sepe & sepius plus habitis ad prefati Domini nostri D. Patriarche requisitionem omnia & singula contenta in prefatis litteris dicti D. nostri Patriarche ejusdem sigillo munitis. Nostro nostrorumque successorum ac prefacti Capituli nostri nominibus solempniter & expresse in quantum melius & efficatius de jure possumus sine tamen nostro nostrique Capituli antedicti omni prejudicio atque damno, & certa & expressa scientia notificamus & approbamus ac nostrum dictique Capituli nostri Aquilejensis nomine ad predicta omnia & singula in prefatis litteris dicti Domini Patriarche contenta probamus consensum pariter & assensum. In quorum testimonium predictas dicti Domini nostri Patriarche litteras ac predictas nostras ratificationes & approbationes majori sigillo dicti Capituli nostri Aquilejensis sub anno nativitatis Domini 1381. indictione quarta die Martis primo Januarii.

(37)

Lettera del Patriarca Raimondo per la Ricaria dell' Istria, anno MCCLXXIX. (v. fol. 257.)

1279. Septima Indictione apud Laudem die Jovis tertio exeunte Decembrio: directe fuerunt Domino Senisio de Bernardis de Padua Richario infrascripte littere in hunc modum.

R. Dei Gratia Sancte Aquilegiensis Sedis Patriarcha Istrie atque Carniole Marchio Nobili Viro Senisio de Bernardis de Padua dilecto Richario suo in Istria Salutem, & omne bonum.

Concessimus tibi olim Officium Richarie credentes ut sicut obtuleras

obtuleras quod ad petendum & exigendum jura nostra, & Aquilegiensis Ecclesie deberes in Istriam te conferre. Sed sicut fide conspicimus . . . . lata id faciendi videns habere modicam voluntatem. Quare sinceritatem tuam presentibus exortamur quatenus aut procedas ut obtulisti ad exercendum dictum Officium Richarie aut cedas eidem. Non enim est bonum pro te aut decens pro Nobis quod idem Officium sine regimine . . . . quidquid autem super eodem negotio de tue processerit proposito voluntatis Nobis sine mora qualibet per speciales litteras tuas Nobis intimari procures. Alioquin honori & indempnitati Ecclesie Aquilegensis utque Nostri prout melius expedire judicabimus curabimus providere. Datum Laude tertio die exeunte Decembrio septima Indictione.

XXXVIII.

Commissione del Procuratore in Istria, anno MCCLXXIX.
(v. fol. 258.)

1279. Septima Indictione apud Civitatem Laudensem. In Curia Palatii Episc. die octava Intrante Octubrio. Presentibus Fratre humili de Ordine Minorum Domini Raimundi Dei Gratia Sancte Aquilegensis Sedis Capellano: & Nobili Viro Domino Anselmo de la Turre: Sacro Paro Notario de Mediolano: Rolando de Sancto Angelo Ostiario dicti Domini Patriarche: Testibus ad hoc vocatis, & aliis. Reverendus Pater & Dominus Raim. Dei Gratia Sancte Aquilegensis Sedis Patriarcha, & Istrie atque Carniole Marchio fecit commisit & ordinavit Nobilem Prudentem Virum Dominum Nicolaum Delfinum de Venetiis Archidiaconum Polensem suum certum Nuntium & Procuratorem ad petendum & exigendum jura & rationes ipsius Domini Patriarche & Ecclesie Aquilegiensis in Istria & Sclavonia & ad imponendum & exigendum ibidem Collectas & ad exigendum

penas & Banna si necesse fuerit & ad faciendum omnia que in premissis & circa premissa vel aliquid premissorum necessaria fuerint & opportuna. Promittens idem Dominus Patriarcha & Marchio se ratum & firmum habiturum quidquid dictus Nuntius & Procurator in premissis, & circa premissa duxerit faciendum. In rei ejusdem Testimonium & majus robur memoratus Dominus Patriarcha Marchio Procuratorium fecit sui Sigilli pendentis munimine roborari.

Ego Johanne de Lupico &c.

Raimundus Dei Gratia Sancte Aquilegiensis Sedis Patriarcha Istrie & Carniole Marchio: Nobilibus & prudentibus Viris Potestatibus Consulibus Rectoribus Communitatum Civit. & Castrorum & Villarum Gastaldionibus Decanis Mericis & Universis Officialibus & aliis quicumque censeantur per Istriam & Sclavoniam constitutis presentes litteras inspecturis Dilectis sibi salutem & omne bonum.

Cum confisi de Prudentia & Legalitate Nobilis & Prudentis Viri Dilecti Capellani Nostri Nicolai Delfini de Venetiis Archidiaconi Polensis . . . . Procuratorem nostrum ad petendum & exigendum jura . . . Ecclesie Aquilegensis in Istria, & Sclavonia & ad imponendum & egendum ibidem collectas sive pregas & ad imponendum & exigendum penas & Banna si necesse fuerit duxerimus statuendum. Ideoque Universos & Singulos per presentes requirimus Vobis districte percipiendo mandantes quatenus memorato Capellano nostro tanquam Nuntio & Procuratori Nostro per Nos Statuto super premissis curetis intendere & parere, & eidem ob nostri & Aquilegiensis Ecclesie reverentiam & honorem si necesse fuerit ab eodem requisiti fueritis assistere auxilio consilio & favore. Mandatum nostrum taliter impletum & prefatus Capellanus Noster injunctum sibi Procuratoris Officium ad honorem & comodum nostrum & prefate Aquilegiensis Ecclesie valeat exercere. Interim promptitudinem vestram in gratiarum actionibus pro-

sequentes vobis in vestris desideriis favorabiliter obligamur. Alioquim Banna & penas quas idem Capellanus Noster imposuerit in Rebelles exigi dante Domino faciemus.

Datum Laude octavo intrante Octubrio anno Domini 1279. septima indictione.

XXXIX.

Commissione, per dar la custodia di Mastre ai Giustinopolitani, anno MCCCLXXXVII. (v. fol. 250.)

Mandamus Vobis cum quanta efficacia possimus, quathenus illos quinquaginta Fideles nostros Justinopolitanos bonos Pedites, quos debetis Nobis mittere Venetias pro loco nostro & Custodia de Mestre, subito & sine aliqua dilatione mittere debeatis, quia sunt omnino Nobis necessarii; & miramur, quod ipsos Fideles Nostros nondum misistis, consideratis maximis instantiis, quis vobis fecimus per litteras nostras, & indigentia quam habemus Eos operari propter eorum Fidem &c.

Datum in Nostro Ducali Palatio die XXIII. Maii Indict. X. Anno D. MCCCLXXXVII.

XL.

Commissione per la custodia di Padova ai Giustinopolitani, anno MCCCCVI. (v. fol. 250.)

Quia dispositio nostra est, quod ad custodiam Portarum Civitatis Paduæ sint pro Capitaneis Homines sufficientes, & Fideles nostro Dominio, Volumus, & Fidelitati Vestræ mandamus, quatenus quanto præstius poteritis reperire Nobis debeatis usque Decem ex Fidelibus nostris Justinopolis, qui sint Homines confidentes & Fideles, ac bene apti ad Capitanarias

prædictas: Declarantes Vobis, quod ipsis Nostris Fidelibus dabimus bonum Soldum, secundum quod damus aliis nostris Capitaneis de Venetiis, qui per Gratiam facti fuerunt ad ipsas Capitanarias. Nam ob eorum Fidem erga Statum Nostrum recte Status Noster Fidei suæ committi potest.

Dat. in Nostr. Ducal. Pal. die XIII. Maii Ind. XIV. MCCCCVI.

XLI.

Commissione per la custodia di Verona ai Giustinopolitani, anno MCCCCLIII (v. fol. 251.)

Hector Pasqualigo Potestas, Barbonus Maurocenus Doctor Capitaneus Veronæ, & Jacobus Antonius Marcello Miles Provisor ibidem pro Illustrissimo Ducali Dominio Venetiarum &c.

Rebus sic exigentibus propter occurrentiam guerræ, & temporum ad has partes Veronenses transmissus fuit Egregius, & Nobilis Civis Justinopolitanus Tisius de Lugnani, sub cujus probissima administratione venerunt quoque viri quinquaginta a Justinopoli Civitate armis non solum, sicut decet, magnifice comparentes, verum etiam fide, & expertissima virtute notissimi. Hunc Tisium qui variis locis, & temporibus rebus bene gestis de se amplum apud inclytum Senatum Nostrum fidelitatis, & virtutis testimonium exibuit ad cariorem hujus Civitatis custodiam Cittadellæ Veronæ cum cæteris suis deputavimus. Nunc quoniam clarius, & laudabilius dietim suis utilibus portamentis apparentibus diversimode, quo casus imminens, quoque rerum periculum fuit, seu ad Fluvii Atisis custodiam super tecta guardis quibusdam posuimus, ubi profecto circa obeunda facinora, circaque diligentiam, & vigilantiam tantæ custodiæ sibi commissæ vere in eo Viro, & gentibus suis ennituit fides, & Justinopolitana virtus, neque est mentita, quæ Majores illius egregiæ Civitatis de fide, & vir-

tute exempla ad suos Posteros tradiderunt. Ea propter Tisius ipse cum cæteris, qui non solum de Republica nostra meritus est, sed qui de nobis ipsis ampla promeretur gubernasse, quem fatemur viros illos Concives suos magna discretione, summaque ad Nos per ipsum obedientia dignus & laude, & præmio, dignus est, quem Prætoribus presentibus, & futuris Justinepolitanæ Urbis, nec non Civibus ipsis toto, quo præconio possimus, commendemus: dignum quoque censemus in inclytam Rempublicam fidelia opera ob merita in ejus Patriam causa laudis, & honoris reportari, quod per futura tempora ad digniora facinora cum illius honore, & comodo destinetur, ut sicut ipse Civibus suis exemplum tulit Fidei & virtutis, ita grata Patria Civi suo præstet meritum benefitii suscepti. Redeuntibus igitur de Nostra bona licentia Tisio, & Justinopolitanis suprascriptis quibus possimus, mandamus, & ad quos aliter spectat attente rogamus, quathenus per quascumque Civitates, Tetras, & loca liber, & expeditus sit transitus tam per terram, quam per aquam cum omnibus armis, rebus, & bonis suis absque ulla solutione Pedagii, Datii, Gabellæ, Bulletarum passus, portus, pontis, fundinariis sicut consuevit stipendiariis observare.

Datum Veronæ V. Mensis Februarii 1454.

Gabriel Angussolus Cancellarius.

(41)

Jacopo Morocelo di Lucca Marchese d'Istria, anno MCCCLII.
(v. fol. 260.)

Anno Dominice Nativitatis 1352. Ind. 5. die 24. Mensis Aprilis. Actum in Castro Utini in hospitio habitationis Domini Jacobi Marchionis infrascripti presentibus discretis Viris

Federico qu. Ser Henrici &c. . . . . Coram Nob. Viro Domino Jacobo Maroelo de Luca Marchione Istrie, ac Magistro Curie Reverendissimi in Cristo Patris & D. D. Nicolai Dei Gratia Sancte Sedis Aquilegiensis Patriarcha Commissionem ad infrascripta ab eodem Domino Patriarcha habente, prout de hujusmodi Commissione constat Pubblico Instrumento &c.

XLII.

Francesco Savorgnano Marchese d'Istria, anno MCCCLVI.
(v. fol. ibid.)

1356. die 13. Junii. Quod scribatur Provisoribus Istrie ut mittant Thomam Notarium ad Dominum Franciscum de Savorgnano qui est Marchio Istrie: cui dicat pro parte nostra quod sciamus per nostros qui fuerunt in Forojulio quia ipse amavit, & amat honorem & Statum nostrum pro quo in veritate multum reputamus nos obligatos ad quodlibet comodum, & bonum Statum suum: Et quia existens ipse in partibus illis sumus certi quod multa poterit sentire tangentia Statum nostrum: Rogamus eum quatenus de Novis que habet vel haberet in posterum tam de Rege Hungherie quam de gentibus suis quod aliunde nobis notificet & informet nos vel nostros Rectores qui sibi melius videbuntur de hiis que sibi viderentur providenda & fienda pro honore nostro quod inputabimus nobis ad speciale servitium & ad suum honorem nos reddet omni tempore promptiores: Et audiat dictus Nuntius quod sibi dixerit & redeat ad Provisores qui nobis rescribant quod habuerit dictus Notarius.

XLIII.

Artico d'Udine Capitano, e Governatore in Istria, anno MCCCLXXXI. (v. fol. 261.)

1381. Federicus Comes de Porcileis Sede Vacante Aquilegiensis Ecclesie Vice Dominus Generalis Dilectis Nobis judicibus Consilio, & Communi Castrorum Albone, Ruyni, Turris Bornii, Duorum Castrorum, Flanone, Adignani, Montis Marani, Polle, & totius Pulisane Aquileg. Ecclesie fidelibus salutem &c. Populorum commodis tunc recte prospicitur, cum eorum regimini Rectores idonei preponuntur per quorum industriam gubernentur, & eorum Status de bono in melius prosperetur. Cupientes itaque ut nos qui nobis & Ecclesie Aquileg. estis subditi, & subjecti per providum Artichum de Utino gubernemini, cujus industria, & prudentia circumspecta in tranquillo Statu, & pacifico maxime in hujus guerre inundationibus conservari possitis Capitaneum predictorum Castrorum, nec non Polle, & Pulisane cum omnibus juribus jurisdictionibus, & garitu debitis, & consuetis, & ad Capitaneatum dictorum Castrorum, ac Polle, & Pulisane spectantibus ipsi Articho, de cujus fidelitate, & circumspecta industria nobis nota plurimum Confidentes, & maxime istarum guerrarum inundationibus, & discriminibus nota: usque duntaxat ad nostre libitum voluntatis duximus concedendum: Ipsum vobis, & dictis Castris, & Polle, & Pulisane perficientes in Capitaneum pariter, & Rectorem. Quocirca vobis universis, & singulis distincte precipiendo mandamus, quatenus eidem Articho, vel ejus vices gerenti quem loco sui duxerit deputandum durante dicto nostro beneplacito, in hiisque ad ipsorum Capitaneatuum spectant Officium, salvo semper jure Marchionatus, parere, & obedire euretis tamquam nobis cum affectu. Alioqui penas & sententias quas rite tulerit in Rebelles ratas habebimus atque

gratas &c. faciemus eas, auctore Deo usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Dictus namque Articus in manibus nostris ad S. D. E. juravit quod personas dictis Capitaneatibus subjectas & alias quascumque ducet notabiliter per laudum & sententiam, ipsasque aliter non gravabitur. Juraque ipsorum Capitaneatuum & de Aquileg. Ecclesie quantum poterit illibata servabit ac eorundem Capitaneatum Officium in omnibus & omnia fideliter exercebit. In cujus rei testimonium &c.

Dat. &c. in Castro Utini die 20. Jan. Ind. 4. 1381.

XLIV.

Cristoforo di Cucagna Marchese d' Istria, anno MCCCCIX.
(v. fol. ibid.)

1409. cir. Ad nostram presentiam se contulit Prudens Vir Testa de Testis de Terra nostra Mugle, referens nobis qualiter ad instantiam Nobilis *Xristofori de Cuchanea Marchionis nostri Istrie*, & ipsius Teste & informationem, fecistis arrestari certos Equos, ex bona Jacobi de Ariano proditoris nostri, quem constitueramus generalem Marascalcum totius Patrie Forijulii, & Capitaneum gentium nostrarum armigerarum quarumcumq. & ad nostra erat stipendia militaturus cum 50. Equis, quod summe gratum habuimus, & babemus. Et ut ipsum Jacobum cum suis Complicibus omnibus, qui fuerunt insimul cum eo proditores, & participes infrascriptorum capi, & arrestari facissetis, nam nedum nobis, sed inclito Ducali Dominio Venetiarum, cui sepe scripsimus, summe fuisset gratum pariter, & acceptum. Ipse namque tenetur nobis de stipendio sibi dato in prompta pecunia ultra summam Tricentorum ducatorum auri, fecimusque sibi dari unum Equum Joannis Cecchi de Portugruario Cancellarii nostri pro pretio 50. ducatorum, quos promisit fideliter solvere in festo S. Michaelis proxime prete-

preteriti, & est ibi in numero illorum, quos arrestari fecistis. Ipse enim, qui tenebatur, prout juravit in manibus Nostris de fideliter exercendo dictum Mareschalcatus Officium, stratas tenere securas una cum Juliano Grassono ejus fratre jurato, & proditore, cepit duos Theutonicos Mercatores, qui ibant Venetias, & eos spoliavit ad summam duorum milliarum florenorum, & ultra. Demum facto sibi assignari Castro Pers, ut ibidem cum nonnullis gentibus armigeris insurgerent contra Glemonenses Rebelles nostros; Ipse, & Julianus predicti cum certis Complicibus cupientibus pecunias honori preferre, cum dictis Glemonensibus inierunt tractatum de dando dictum Castrum Pers proditorie in manibus eorum, & sic dederunt pro Mille, & trecentis ducatis auri. Bona autem, bladum, vinum, & alia duorum Nobilium, quorum prefatum Castrum erat, vendiderunt, ac vestimenta, & pulchra localia suarum uxorum aurea, & argentea ad summam plurium mille florenorum, & alia damna maxima intulerunt; propter quod vestram amicitiam rogamus dicta Bona omnia per vos sequestrata assignari faciatis . . . . Procuratoribus nostris, cum & id probare quod scribimus, intendamus, valde bene, vel saltem donec predicta ostendemus, teneri facite sub sequestro.

Comiti Cilie in facto illorum de Mugla.

Ex serie litterarum vestrarum, quam nuper Legimus sane percipere possumus V. M. potius ex sinistra, quam veridica relatione nobis scripsisse in favorem Judicum, & Communitatis Terre nostre Mugle asserentium quosdam eorum Cives fuisse bannitos, & exules a dicta Terra, quia proditorie Castrum nostrum Montis Falconis, sive scitu suo prodere, & tradere voluerunt, propter quod dubitavit per nos damnificari, & injuriari. *Verum quia ad ipsorum petitionem dedistis sibi unum vestrum fidelem Paulum in Capitaneum*, instatis apud nos,

quod vestri contemplatione, & amore suscipiamus dictos de Mugla recomissos. Nos quidem continuatis temporibus possetenus V. M. fecimus, prout sumus grata facturi, dicimus quidem dictos Muglanos vos informasse sinistre, nam de mandato Nostro fidelis noster Testa de Testis cum nonnullis sociis ad nostra stipendia militans, de dicta terra nostra Mugle ordinavit recuperare prefatum Castrum nostrum Montisfalconis, quod proditorie, non per potentiam aliqualem nostrorum Rebellium, & Adversariorum occupatur. In hoc enim non credimus, nec arbitramur dictos de Mugla fuisse offensos, seu lesos, nec alicui posse dici offensam irrogatam fuisse, cum Nos presideamus regimini Ecclesiæ Aquilegien., & nemo alius. Preterea dicti de Mugla, quos nostros fideles semper reputavimus, nec dedimus eis materiam aliqualiter malignandi, denegant nobis tamquam eorum vero Domino, & Patriarche dare Regaliam consuetam, & reverentiam debitam exhibere. Contemnunt quidem Nos, quod Potestatem per eos electum non postulant solite confirmari. Et quamvis in predictis eos requiri faceremus litteris, & Nunciis, in spretumque deduxerint, quod credimus V. M. multipliciter displicere, eandem rogamus affectuose, quatenus velitis instare, quod dictum Testam cum ejus sociis libere restituant in pristinum statum, & admittant ad dictam Terram nostram Mugle, ac Regaliam nobis debitam prestent, & confirmationem petant Potestatis; quia eos tamquam fideles filios recipiemus, & adittemus V. M. contemplatione & amore. Scientes quod si secus fecerint quod absit, super his de celeriori quo poterimus, compellemur remedio providere.

Communitati Muglæ super Regalia, & etiam in favorem Teste.

Frequenter in nostre considerationis aciem deducentes fidei vestre constantiam, indelebili memoria commendandam,

quam retroactis temporibus, & precipue ad nos Sacrosanctamque Sedem Aquilegiensis Ecclesie Matris vestre, istis proh dolor temporibus tempestuosis vigentibus; fervide intrepideque gessistis, ac gerere comprobamini, compellimur non mediocriter admirari, quod exquisitis quibusdam satis coloribus fictis, non cadentibus in cordibus sapientum, aut qui capiunt partis aliquid intellectus, Regalia nobis debita, tanquam fideles proavorum vestrorum vestigia subsequentes, non facitis solite assignari. In quo enim virtus nisi in Casibus opportunis aut Navis nisi in pelagi fluctibus comprobatur? Quis enim tante fidelitatis perpetuam costantiam usque in presentem, sub dolum verborum sermonibus, ac promissionum generibus, vel timorum incussionibus evertere poterit? Absit absit, quod tante fidelitatis diutius soliditate virtus per quempiam maculetur, aut infici possit nomen vestrum bonum, cunctis predicabile in exemplum. Quid enim, quod displicenter audimus, nuper nobis expositum est, quod licet nostrum non fuerit propositum debitum consecutum effectum, uti ardenti desiderio optabamus, videlicet recuperationem Castri nostri Montisfalconis, proditionem mediam, & non alias de manibus nostris erepti, prudentem fidelem nostrum Testam de Testis Concivem vestrum, & ad nostra stipendia militantem, ex bannitis, & Exulem facitis, aut aliqua plectitis pena, cum ad id intendere pro viribus omni quo valetis studio merito deberetis nostrisque reddere vos conformes, per maxime hac in parte, videlicet pro recuperatione dicti Castri, ac Jurium, & Jurisdictionum nostrarum, & Ecclesie memorate; Ad quod faciendum iterum, atque iterum vos cumulatis pravis affectibus, invitamus pro salute Patrie, & ejus conservatione certamine . . . . nomen vestrum crescat ingentibus, & in perpetuum non deleatur; Super quibus speramus pluribus consideratis, tamquam a nostris, & dicte Ecclesie fidelibus, gratum ne dicamus, sed gratissimum habere responsum. Inter enim nos, & Rebelles nostros, quos

omnipotens Deus illuminet, ut viam possint veritatis agnoscere, & quantum prefate Ecclesie injuriam cognoverint, indicte sunt tregue per totum mensem Februarii proxime venturum, &c.

Antonius Patriarcha.

Ved: p. g. 275.

XLV.

(v. fol. 261.)

Capitaneo Pisini super differentia &c.

Nobilis Vir, & Amice noster Carissime. Perlecto tenore littere vestre, & intellecta bona intentione, quam ad nos, & Ecclesiam nostram Aquilegiensem Matrem vestram habetis remansimus valde contenti, nam eramus aliter informati: & certe multum dolemus, & valde displicet nobis, si nostri subditi partium Istriæ sunt vobis injurati, quamvis negent ita esse. Sed quia videtur, quod liberaliter vos subiicitis Juri, nescimus nisi vos plurimum commendare, & ita intendimus, quod iste differentie plane, & sine molestia videantur. Et si nostri servitores fecerint que dicitis, volumus quod puniantur, nam intentio nostra est pacifice vivere cum quibuscumque juxta posse. Non possumus ad presens aliquem mittere, quia sumus nimis occupati, sed conabimur citius quam poterimus aliquem probum Virum mittere, qui videat istas diferentias, & quod tollantur. Et quia mandavimus Nobili *Xristophoro de Cuchanea Marchioni nostro*, quod non permittat aliquem nostrum subditum Vobis, aut vestris in aliquo injuriari, sed fraterne, & pacifice vivant vobiscum: amicitiam vestram rogamus, quatenus velitis cessare ab omni offensa, & molestatione, & mandare Familiaribus vestris, quod non injurientur alicui de nostris, & permaxime Grisano de Castro nostro Albone, prout ipse nobis scripsit, donec ista videbuntur, & terminabuntur. Et si dictus Grisanus debet esse securus, velitis cum vestris

litteris certificare, scientes quod nobis singulariter displicebitis &c.

Antonius Patriarcha.

LXVI.

Ved. pag. 276.

Libro de' conti intitolato Clarum me fac. Adsit principio Virgo M. . . . . . . *Anno* MCCCLX. (v. fol. 260).

In Christi nomine Amen. In presenti libro qui verisimiliter nominatus est *Clarum me fac* describuntur omnes raciones introytuum & expensarum factarum nomine Reverendissimi in Christo Patris & Domini Domini Ludovici Dei Gratia S. S. Aquilegiensis Patriarche dignissimi, partim in millesimo trecentesimo sexagesimo, & partim sexagesimo primo. Et primo describitur seriose de Marchionatu Istrie & deinde successive Capitaniatibus Potestariis Gastaldiis, & aliis introytibus dicti Domini Patriarche cum inde receptis ut inferius continetur. Erat tunc Thesaurarius & dispensator dicti Domini Patriarche Ven. & Sapiens Vir Dominus *Ambrosius de la Turre* Canonicus Aquilegiensis.

Primo namque concessus fuit Marchionatus Istrie nob. Militi Domino Simoni de Walvesono ad annum pro libris mille Veronen. . . . . Lib. M.

Primo recepit Dominus Ambrosius de la Turre Thesaur. a Johanne de Falcis solvente nomine dicti D. Simonis libras Veron. ducentas que capiunt in moneta Aquil. Marc. XXI. frix. LXVIII. piz. VIII.

Ex hac die VII. Maij in millesimo CCC. LX.

Item recepit dictus Dominus Ambr. ab eodem Domino Simone libr. Veron. que capiunt M. XLII. ;, frix. LXVII. piz. II.

Millesimo trecen. sexag. primo die viges. Septembris con-

cessus fuit Marchionatus predictus Domino Stephano Virgilii de Civit. Au... precio mille libr. Veron. quas solvere debet in proximo festo Nativitatis; & hoc a festo prox. S. Michaelis ad annum unum.

Primo in millesimo CCCLXII de mense Februarii, recepit Dominus Carlavarius Vicedominus a dicto Domino Stephano super solutione precii dicti Marchionatus Marc. denar. centum . . . . M. C.

Item Gastaldia Carnee concessa fuit Nob. Viro Domino Pancerre de la Turre ad annum precio marcharum solidorum octingentorum . . . capiunt M. frix. DCLXXXV ; den. XXXIV. p. IIII.

Primo die XVI Junii in Millesimo CCCLX recepit Mathiussio de Prampergo nomine dicti Domini Pancerre marchas denar. octuaginta . . . . M. LXXX.

Item recepit a Goro Thasco dicto nomine in duabus vicibus Mar. denar. quinquaginta . . . . M. L.

Item die XV Octobris recepit a Mathiussio de Prampergo nomine ejusdem Domini Pancerre ducatos quinquaginta in ratione LXIIII den. pro quolibet capiunt M. XXI ; frix. XVI.

Item recepit ab eodem Florenos viginti unum in ratione LXIII. den. pro quolibet capiunt . . . . M. VIII. frix. XLIII.

Item recepit a dicto Domino Pancerra super dicta Gastaldia mar. den. decem . . . . M. X.

Item recepit ab eodem Domino Pancerra ducatos centum nonaginta sex, & Florenos centum viginti septem, & marc. den. septuaginta quinque, capiunt in totum M. CCIII. frix. LXV.

Millesimo Trecentesimo sexagesimo primo die undecimo Augusti concessa fuit dicta Gastaldia Carnee cum muta dicto Domino Pancerre a festo S. Crucis tunc immediate sequente mensis Septembris ad annum unum precio sexcentarum mar. denar. cujus precii medietatem debet solvere usque ad medium mensem Januarii prox. & aliam medietatem usq. ad medium mensem Aprilis.

Primo recepit Dominus Carlavarius Vicedominus a dicto Domino Pancerra . . . . M. L.

Millesimo trecentesimo sexagesimo secundo de mense Augusti concessa fuit dicta Gastaldia Carnee cum muta & aliis suis juribus Nobb. Viris Dominis Nicolino, & Capo Fratribus de la Turre a die vigesimo mensis Septembris proxime nunc venturi ad duos annos immediate sequentes, & completos, precio sexcentar. marc. annuatim.

1360

Item Capitaneatus Montis Falconis concessus fuit Nob. Viro Domino Pancerre la Turre ad annum precio . M. den. LXX.

Item Capitaneatus Elemone concessus fuit dicto Domino Pancerre sine precio.

Item Gastaldia Artenee concessa fuit eidem Domino Pancerre de la Turre sine precio.

Item Castrum & Gastaldia Buye tenet Zulianus Brugnus de Elemona sub certis pactis.

Item muta Elemone concessa fuit Domino Jacobo de la Porta de Elemona jurisperito ad annum precio . M. XIIII.

1360.

Item Gastaldia Tricesimi concessa fuit Domino Lodoyco nato Domini Carlavarii de la Turre ad an. . M. XXXVI.

(deest nona pagina in qua de Gastald. S. Danielis).

Item Gastaldia Faganee concessa fuit Domino Maynardo de Villalta ad annum precio . . . . M. XXII.

1360.

Item Gastaldia Agelli concessa fuit dicto Domino Maynardo de Villalta ad annum precio . . . . . . M. XXII.

(deest pagina 12. in qua de Gastald. de Saphumberch.)

1360.

Item Gastald. Manzani concessa fuit ad annum dicto Bartholomeo de la Turre precio . . . . M. XIIII.

Item Gastaldia Saciletti & Flumiselle concesse fuerunt ad annum Domino Bassano de Osnago Canipario Aquileg. precio.....

Item Gastaldia Carisaci & Palazolii concessa fuit ad annum Castellino de Mediolano Vitini habitanti . . Marc. X. salvo placito.

(*deest pag. 16. in qua de Gastald. Mottæ*)

Item Gastaldiam Vetule tenet Raynaldus de Civitate sine precio.

Item Terraticum Civit. Austr. concessum fuit.

Item Gualdaria Agelli licet sit separata recipitur per Antonium de Thurate Caniparium ad Canipam Utini.

Item Potestaria Aquil. concessa fuit ad annum Caravacio de la Turre precio. . . . . Marc. XIIII.

Item muta Aquil. exacta est & exigitur nomine Domini Patriarche per Andream de Prata Cive Aquil.

Recepit Dominus Ambrosius de dicta Muta . Marc. VIII.

Item recepit . . . . Marc. VIIII. den. XI.

(*deest pag. 22. in qua de Catena Aquil.*)

Item Dacium vini Aquileg. concessum fuit ab antiquo Communi Aquilegen. precio . . . . Marc. XL.

1360.

Item muta Montis Falconis concessa fuit Leoni de la Turre & sociis ad annum precio . . . . . Marc. CCCXL.

Item Potestaria Marani concessa fuit Domino Phebusino de la Turre ad annum precio . . . . Marc. LXX.

Item Gastaldia Sedeglari concessa fuit ad annum Pertholdo de Sorphamberch familiari Domini Patriarche precio Marc. XII.

Item Gastaldia Civit. Austr. concessa fuit Domino Raynerio de Senis ad annum sine precio.

1360.

Item Advocatia & muta Civit. concesse fuerunt Stephano Virgilii & Tristano de Civit. ad annum precio . Marc. XL.

Item Capitaneatus Utini concessus fuit ad annum Domi-

no Nicolussio de Villalta precio . . . . Marc. LX.

Item muta Utini concessa fuit Bonnavvide speciario & sociis precio . . . . Marc. L.

Item Capitaneatus Cadubrii concessus fuit ad annum Domino Phebusino de la Turre precio libr. Veron. . Marc. III.

Item Capitaneatus Sacili tenet Dominus Fredriginus de la Turre sine precio.

(*deest pag.* 33. *in qua de Gastaldia Canipæ & Cavolani*.

Item Gastaldia Aviani concessa fuit Domino Guecellari de Porcilleis precio . . . . Marc. den. XVI.

Item Castrum & Gastaldia Turris penes Portumnaonis concessa fuit Domino Nichilo de Maniacho precio. . Marc. XL.

Item Gastaldia Medune & Capitan. Sanctisteni concesse fuerunt ad annum Dominis Pertholdo, & Peleo Fratribus de Murucio precio . . . . Marc. CLXXX.

Item nemora Sanctisteni & Medune concessa fuerunt Dominis Pertholdo & Peleo Fratribus de Murucio precio. Marc. CCLXX.

Item Gastaldia Sancti Vitti concessa fuit ad annum Dominis Nicolino & Capo Fratribus de la Turre precio. Mar. CXV.

Hec addita sunt per me Odoricum prout reperii in litteris patentibus de mandato Ser Lodovici nati Domini Carlavarii de la Turre ultra reperta in rationibus Domini Ambrosii de Thesauraris.

Item recepit Dominus Ambr. in alia parte a Dominis Nicolino & Capo de la Turre, ut patet in litteris dicti Domini Ambros. sub Millesimo CCCLXI. die XXVIIII. Marcii. Marc. den. VI. & den. VIII.

Item recepit Dominus noster Dominus Patriarcha sicut in suis patentibus litteris constat, sub millesimo CCCLVIIII. die 8. Octobris . . . . Marc. CXV.

Item recepit idem Dominus noster ut in certis aliis pa-

S

tentibus litteris continetur sub millesimo CCCLX die XVIIII. Marcii ducatos auri CCC.

Item recepit idem Dominus noster a Dominis Nicolino & Capo predictis sicut & in patentibus litteris continetur sub Millesimo CCCLXI die XVIIII. Septembris. Marc. den. XL. minus den. VIII.

Item gracia vini de Istria quod ducitur per mare concessa fuit ad annum Margarito de Clugia Civit. Aquil. precio.

Nota quod postquam dicta gracia finito termino dicti Margariti pervenit ad manus Domini Patriarche & exacta fuit suo nomine . . . .

Recepit Dominus Ambros. Thes. infrascripta vid.

Recepit primo a Pelegrino de Venzano pro XIII. Amphoris Ribolii . . . . Marc. den. V.

Item recepit a Melchiore pellipario de Utino qui fuit de Civitate pro octo amphoris Ribolii . . . Marc. den. III.

Item census Venetor. dimissus est & dimittitur penes commune Venet. super solutione debitorum Domini Patriarche que tenetur ipsis Venetis, ascendit census hujusmodi ad summam ducat. Mille DCCCCLXVIII. gros. XVIII.

Et similiter gracia vini de Istria dimissa est penes Venetos cum hoc quod quicquid exigetur de dicta gracia debet converti super solutione eorum que debent habere dicti Veneti a Domino Patriarcha & hoc in millesimo CCCLXI. de mense.

Item Gastaldia Sancti Pauli & nemora de Medadis & de Medulis tenet Franciochinus Lamoratti de la Turre.

Item Gastald. de Antro concessa fuit Philippo & Rodulpho Fratribus de Portis ad annum precio . . . Marc. CC.

1360

Item Magisterium seu frabricatio monete Aquil. concessum fuit ad certum tempus Francisco & Stephano Fratribus qu. Benaquisti de Senis. . . . .

Recepit dictus Dominus Ambros. Thesaur. a Francisco,

predicto die primo Julii . . . . Marc. C.

Item die quinto Aug. recepit a dicto Francisco. Marc. XL.

Item recepit a Stephano fratre dicti Francisci die XII. Septembris . . . . Marc. XXV.

Item die XVII. Decembris recepit a Stephano predicto. Marc. L.

Item die XXIIII. Decembris recepit ab eodem. Marc. XX.

Item recepit a Francisco monetario predicto de quibus habet bulletum Domini . . . . Marc. XX.

Item die XV. Maij in millesimo CCCLXI recepit a Gerotusco dante nomine dictorum Francisci & Stephani. Marc. XXV.

Item recepit die VIII. Jan. in Aquil. a Stephano Monetario . . . . Marc. XX.

Item die VII. Aprilis recepit a Francisco Monetario . . . . Marc. XXVI.

M. CCCLXI. Concessa fuit cusio & Magisterium monete Aquil. Francisco Benaquisti de Florentia a die omnium Sanctorum ad unum annum immediate sequentem precio quadrigentar. Marc. denar. solvendarum in quatuor terminis scilicet de tribus in tres menses pro rata, cum hoc tamen quod si plus cuderet, tantum plus debet solvere ad rationem octo denariorum pro marcha.

(De caritativo subsidio. habuit Patriarcha Marchas den. 185. denarios 95., & parvulos 4. circiciter)

(De gravamine 20. solid. pro manso & totidem pro qualibet rota Mollendini March 88. den. 137. piz. 20. circiter)

(De male ablatis incertis. Marc. 18. den. 174. piz. 2. circiter)

(De condemnationibus. Marc. 110. den. 23. piz. 22. cir.)

XLVII.

Tributi di Albona, e Fianona, Anno MCCCCXXII.
(v. fol. 266.)

Nobili & Sapienti Viro Alexandro Georgio, de suo mandato Potestati & Capitaneo Justinopolis, fideli, dilecto salutem, & sinceræ dilectionis affectum. Intellectis vestris litteris super requisitione, quam vobis fecit Nobilis Vir ſ. Nicolaus Pizamano Potestas noster Albone & Flanone de mittendo vobis illos denarios, quos tenentur ille Communitates respondere Camere nostre de inde, providimus subito sibi scribere in forma qua non ambigimus, quod de dictis denariis vobis faciet sine contradictione aliqua respondere: & propterea litteras dicto Potestati super tali materia directuras vobis mittimus his annexas, quando poteritis, cum vobis videbitur destinare.

Data in nostro Ducali Palatio, die XXVII. Februarii: Ind. prima MCCCCXXII.

Infrascriptæ sunt rationes Albone & Flanone missæ per Spectabilem & Egregium Virum Nicolaum Pizamano honorabilem Potestatem Albone & Flanone mihi Alexandro Georgio Potestati & Capitaneo Justinopolis, prout habuit in mandatis a Dominatione nostra Venetiarum, quæ Communitates Albone & Flanone ex mandato nostræ Dominationis tenentur respondere huic Cameræ Justinopolis ut aparet per Literas ducales Dominationis, datas in Ducali palatio die XXVII. Februarii MCCCCXXII, registratas in infrascripto Registro in Capitulo LXXXVII.

Infrascriptæ sunt partes copiæ privilegiorum Albone & Flanone.

Copia partis alicujus Privilegii Albone.

Ad secundum locum. Continetur Comune Albone tene-

tur solvere omni anno septuaginta marchas denariorum Marchionibus, videlicet medietatem usque ad diem nativitatis Domini nostri & aliam medietatem usque ad diem Anunciationis Gloriosæ Virginis Mariæ mensis Martii & suo Factori, qui dicitur Sclabonie Pothenesim, tenemur solvere marcas tres & libras quinque parvorum. Et prefatus Dominus Marchio semel omni anno nos visitare debet, cui dare tenetur Comune Albonæ unum prandium & unam cenam. Et si plus vult stare expendere debet de sua bursa. Respondetur quod fiat sicut in dicto Capitulo continetur, & loco Marchionis vadat Capitaneus Raspurch, cui Capitaneo debeat facere illud quod faciebat Marchioni de prandio & de cena. Et quod dictæ marchæ solutæ dari Marchioni veniant in nostrum Dominium.

De Flanona.

Et primo ad primum Capitulum, cujus tenor talis est: In primis Comune Flanonæ dare tenetur Domino Marchioni omni anno in die Sanctæ Mariæ Februarii marcas novem, & tenetur semel in anno venire ad visitandum Flanonam, cui dare tenemur unum prandium & unam cenam, & si vult stare plus debet expendere de sua bursa. Item eidem Domino Marchioni dare tenemur, videlicet certi vicini, sed non omnes in die Sancti Georgii, qui habent pecudes unam pecudem cum agnello, & illi qui non habent dare tenentur solidos novem pro quolibet, & alii supradicti vicini franchi, & non tenentur solvere. Item prefati vicini, qui solvunt tenentur etiam eidem dare unum modium vini pro quolibet, videlicet qui habet vineas, & qui non habet vineam. Item prefati vicini tenentur etiam solvere omni anno in festo Santi Martini soldos quatuor, & de dicto jure quilibet Judex habere debet vinum de dictis vicinis, qui eis solvere inde tenetur. Item de furtis & de homicidio una bona pars deveniat Comuni, alia Do-

mino Marchioni, tertia patronis furti, & de homicidio si non est captus illa tertia pars heredibus occisis, & de dictis intratis Caniparius Domini Marchionis, quem tenet in Flanona tenetur exigere, & tertia pars sibi applicat. Sed de illis novem marchis nihil respondetur, quod servetur usus, & consuetudo usitata in contentis in dicto Capitulo, declarando quod id quod dabatur Marchioni veniat in nostrum Dominium.

Decimæ quæ solvebantur Dominico de Coslacco, quæ nunc exiguntur per Dominium Venetiarum.

Primo quilibet vicinus qui seminat cum bobus solvere tenetur modium unum frumenti, & si seminaverit avenam solvere tenetur modium unum avenæ, & si non seminaverint non teneantur. Item exigitur a dictis vicinis certa quantitas vini videlicet ab illis qui habent vineas. Item exigitur decima agnorum, quarum pars quarta deveniat Presbiteris.

Ultra suprascriptos denarios recepti fuerunt a suprascripto Domino Potestate, quos exegit a Judicibus Flanonæ pro parte, quæ tangit Dominationi pro quadam gubernatione facta per dictum . . . . L. 7. — 12

Item recepti fuerunt a dicto Domino Nicolao Pizamano Potestate Albonæ & Flanonæ pro parte tangente Communi Venetiarum a vicinis viginti sex ad rationem solidorum quatuor pro quolibet de dicto tertio tangente Crescevan Canipario, restant nectæ . . . . L. 111. — x

Item recepti fuerunt a dicto Domino Potestate, quos exegit ab dicto Crescevan pro vicinis decem de Flanona, qui non habent pecudes, & loco pecudum tenentur solvere solidos novem pro quolibet, de dicto tertio tangente dicto Crescevan Canipario . . . . L. 19. — 9

Item recepti fuerunt a dicto Domino Potestate, quos exegit a dicto Crescevan pro vicinis viginti uno pro fundibus 21. ad rationem soldorum triginta septem pro qualibet, de-

ductis octo & uno tertio, & uno tertio tangente pro suo tertio dicto Crescevan, & duobus tertiis Judicibus secundum continentiam privilegii, restant necti in ratione Venetiarum . . . . L. XXIII. — VIIII.

Item recepti fuerunt a dicto Domino Potestate, per una condemnatione facta contra Jacobum Suxa de duobus pecudibus, venditis ad rationem soldorum viginti pro qualibet L. II. — O

Item recepti fuerunt a dicto Domino Potestate, quos exegit a Presbitero Matheo de Flenona deputato ad exigendum decimas, quæ consuetæ fuerant dari ab illis de Flanona Dominico Coslacchi & nunc dantur Dominio nostro pro spodis sexaginta vini a vicinis sexaginta, de quibus deducuntur viginti uno, videlicet 15. pro quarta tangente Presbiteri, & quaranmesimo Presbitero Matheo, & uno Judicibus, & uno pro calo, restant necti spodi triginta novem, quod vinum fuit venditum ad spinam, & fuerunt soluti Tabernarii pro ejus mercede solidi quadraginta restant necti . . L. XLV — O

Item recepti fuerunt a dicto Domino Potestate quos recepit a Presbitero Matheo superscripto deputato ad exigendum decimam dicti loci Flanonæ, pro agnis quinquaginta quatuor, quos Dominus Presbiter Matheus misit Albonam, & fuerunt venditi dicti agni ad incantum £. Antonium Zenochomeco presente £. Nicolao de Bontadi, ad rationem solidorum septem pro quolibet, deductis solidis tribus, datis preconi, restant necti . . . . : . S. XVIII — XV

XLVIII.

Donazione de' Beni di Gasello al Monistero di S. Niccolò del Lido di Venezia, anno MLXXII. (v. fol. 201.)

In nomine Domini Dei & Salvatoris Nostri Jesu Christi. Anno ab Incarnatione quidem Redemptoris Nostri millesimo

septuagesimo secundo, mensis Madii. Actum in Civitate Justinopoli. Et quoniam Ego quidem Remedius per consensum Adalgerio Sanctæ Sedis Tergestinæ Ecclesiæ Episcopo, & per consensum Johanne Avocato nostro, do, & dono, atque concedo, tibique Zeno Abbati de Sancto Nicolao, & in Ecclesia tua, quæ est posita in littus de Portu rivoalto de Venetia, & omnes tuos successores, hoc est Ecclesia mea, de Sancto Apolenaris martyris Christi, vineis, & olivis & terris araticiis, cum introitu, & exitu suo de proprio, quæ est in loco, qui vocatur Gasello. Ab uno latere firmat in vinea Johanne Guticio, Ab alio latere firmat in terra, quæ fuit Amantinus Judice, A tertio vero latere firmat in vinea de fraternitate de Sancto Justo, A quarto quoque latere firmat in terra, quæ fuit bona de Valterra. Et insuper dono vineis cum olivis, quæ est posita in loco, qui vocatur Arafelis dictæ proprietatis. Et inultra, si Dominus vivere me voluit, & ego acquistare potero vineis, terris, olivis, Casis, sint a die presente in ipsa suprascripta Ecclesia Sancti Apolenaris, ad jus, & dominium Sanctæ Ecclesiæ Nicolai. De qua vero de ipsa suprascripta Ecclesia, & terris, vineis, olivis: & de omnia quæ superius leguntur, & quantumcunque infra ipsis designatis lateribus mihi pertinet: trado cartam traditionis tibique Zeno Abb. de Monasterio Sancto Nicolao, & omnes tuos successores, potestatem habendi, tenendi, fruendi, permutandi, usque in perpetuum possidendi, liberam, ac firmissimam vobis exinde in omnibus tribuo potestatem, pro Dei timore, & remedium animæ meæ. Et quoniam Ego quidem suprascriptus Adalgerio Sanctæ Sedis Tergestinæ Ecclesiæ Episcopo, una per consensum ipso suprascripto Johanne avocato meo, concedo & dono illi prædicto Monasterio Sancti Nicolai quicquid mei mysterii pertinet mihi, hujus Ecclesiæ prædicti Sancti Apolenaris, pro redemptione animæ meæ, hoc est consecrationem ejus Ecclesiæ cum suis altaribus tantum intromitto. Si aliquis Clericorum

rum custodiens hunc prædictum locum perpetrat aliqua illicita, in nostra sit potestate corripere, atque emendare. Sed hæc omnia prædicta, idest consecrationem Ecclesiæ, & altarium, ita concedo & largior ei, ut nec ego, nec aliquis Successorum meorum aliquam molestiam, vel debitum imponere debeamus dicto Abbati, vel suis Successoribus, vel etiam suis subjectis Monachis ab eis missis ad locum custodiendum. Sed in perpetuum defensare, & auctorizare, & in omnibus auxilium dare. Si quocunque tempore ego prædictus Adalgerius Episcopus, vel aliquis Successorum meorum, & Remedius similiter Præsbyter, vel aliquis heredum meorum, vel propinquorum meorum, nec non extraneis, vel aliqua submissa persona hominum, quæ contra hæc nostræ traditionis Cartam ire temptaverit, aut per aliquemvis ingenio corrumpere, aut molestare præsumpserit, sit compositurus tibique prædicto Zeno Abbati de Monasterio Sancti Nicolai, vel ad tuos Successores, auri libras decem. Et hæc nostræ traditionis Carta in sua permaneat firmitate. Actum in Civitate Justinopoli, die, & rege, vel Indictione suprascriptis feliciter.

Signum manus Adalgero. Signum manus Remedius Præsbyter, qui hanc traditionis Cartam scribere rogavit. Signum manus Johanne Avocato eorum consentiens. Signum manus Walperto Locoposito testis. Signum manus Cadullo Judice testis. Signum manus Bertaldus filius Albinis Locoposito testis. Signum manus Andreas gener Gacizo testis. Signum manus Valterra filius Antonio testis.

Ego Basilius Notarius qui hanc traditionis Cartam manu mea scripsi atque firmavi.

Ego Petrus Bonus Notarius filius Sareti de Curte Sacri Palatii hanc Cartam ex autenticho Basilii Notarii exemplavi, nihil plus posui, nec minus: quantum in ea vidi, & legere potui nisi forte punctum vel litteram in compositione aliarum litterarum. Currente anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo quarto. Indictione duodecima.

(48)

Consecrazione della Chiesa di Venzone in Friuli, anno MCCCXXXVIII. (v. fol. 282.)

In Christi nomine Amen. Annis sue Nativitatis currentibus MCCCXXXVIII indictione VI die secunda Aug. ad laudem & gloriam Dei Omnipotentis ejusque intemerate Genetricis Virginis M., nec non ad honorem Beatissimi Andree Apostoli sub cujus vocabulo & nomine Reverendissimus in Christo Pater & Dominus Dominus Bertrandus Dei gratia S. Aquileg. Ecclesie dignissimus Patriarcha consecravit hoc templum una cum Reverendissimo Domino Domino Petro Archiepiscopo Nazareno nec non Dominis Episcopis Guidone Concordiensi, Vitale Emonensi, Johanne Parentino, Andrea Caprulano, Johanne Savinensi, Marco Aemoniensi, Augustino Bellunensi & Petro Lessinensi, quos quidem Dominos Archiepiscop. & Episcopos ad ipsam consecrationem celebrandam prudens & notabilis Vir Bartolomeus Silvanus de Venzono tunc Camerarius ipsius Ecclesie pariter congregavit. Et sicut Creatori altissimo placuit ante predictorum Presulum segregationem prefatus Bartolomeus Camerarius sue vite diem clausit extremam, cujus funeri Presules prefati omnes interfuerunt pro ejus anima divina psalentes officia, qui perpetuo feliciter in pace quiescat Amen.

XLIX.

Inscrizione nella facciata della Chiesa dei Padri Minori Conventuali di Muggia. (v. fol. 284.)

MCCCLXXXVIIII. Inditione XII. Nel mese de Fevraro. Si fò comenzado, & edificado lo luogho de Misier Sancto Francesco per lo Nobile Homo Sier Bertholin, che fò de Sier

Zuane Malastervo della Città de Piasenza habitador della Terra di Muggia. Et in lo dito milesimo si fò consecra lo dito Cimiterio per lo Venerabile Padre *Misier Polo dei Conti de Urbino Vescovo de Pedena*. Et in MCCCC si fò desfatto lo dito luogho per fin li fondamenti per Misier Antonio Cajetano Patriarcha de Aquileja. Et qui fò comenzado per lo sopradito Homo Ser Bertholin, e fò compido in MCCCCXI, e si fò consecrada questa presente Chiesia per lo Reverendissimo in Christo Padre Misier Fra Nicolò Vescovo, e Conte di Trieste alo nome della Sancta Trinitade, e della Sancta Crose, e de Misier Sancto Francesco a dì VII del Mese de Zugno, al tempo de Frate Tibaldo Vardiano.

Epigrafe, ora corrosa, sul sepolcro dei Religiosi in detta Chiesa.

MCCCCIV. Indictione XII. die XXI. Septembris. In hoc sepulcro noviter erecto, ad memoriam hominum sepultus est Egregius Vir Dominus Vitus de Paulucis de Imola Vicarius Nobilis, & Potentis Viri Domini Bernardi de Strasoldo Honorandi Potestatis Muglæ, cujus anima in pace requiescat.

L.

Donazione e conferma de' Beni di S. Giovanni di Timavo al Monistero Beliniense. In Tabul. Aquil. (v. fol. 281.)

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Nos Wolkerus Dei gratia Sanctæ Aquilegiensis Sedis Patriarcha. Notum esse volumus tam futuris quam presentibus hanc paginam inspecturis quod veniens ad nos dilectus nobis in Christo Filius Leonardus Abbas Bilenien. cum Fratribus suis quoddam privilegium sub titulo & sigillo Domini Wolderici Patriarchæ no-

bis optulit petens humiliter ut nos illud ad habundantem temporis futuri cautelam per transcriptionem & sigillum nostrum divine retributionis intuitu renovare vellemus. Nos igitur cum viris prudentibus idem privilegium diligenter examinantes, & omnino illud veridicum invenientes de prelatorum, & aliorum fidelium nostrorum consilio deliberavimus, quod ita rationabilem dicti Abbatis, & Fratrum suorum petitionem liberaliter admittere deberemus, & sic jam dictum privilegium nil omnino addentes vel diminuentes de verbo ad verbum fideliter in hac carta transcribi fecimus, & sigilli nostri appensione roborari. Cujus quidem tenor talis est.

In nomine Sancte & individue Trinitatis. Quoniam in vinea Domini Sabaoth divina vocatione cultores accessimus, oportet ut spinas, & tribulos extirpantes in ejusdem vinee propaginibus vigilanti studio desudemus, ut illum remunerationis eterne denarium vel novissimum percipiamus. Quare ego Wolricus Patriarcha considerans Ecclesiam Sancti Johannis de Timavo nominatissimum quondam Monasterium prorsus destructum suisque jacentem in ruderibus atque ipsam laicali servituti omnino subditam, Locum Sanctum sub prisca religione conformare decrevi. Eandem igitur Ecclesiam cum omnibus appendiciis suis a flumine quod vocatur Pontecla usque ad vallem de Catyno, campis sylvis, cultum, & incultum, paludibus cum totis fluminibus, & molendinum, & villam quæ vocatur Malchina Sedla tibi Johannes Abbas, tuisque successoribus do atque trado perpetuo, & inviolabili jure quemadmodum antecessores mei Henricus scilicet & Fredericus Patriarche, antecessori tuo Alberico Abbati, ut sit cella tui Monasterii, que constructa est in honore Sancti Martini Confessoris Christi Belenie, quatenus & divini servicii celebritas ordinatis ibi quibusdam Fratribus perpetuo consistat, & ipsis Monachis quoniam Belenia locus infirmus est irruentium egritudinum sit at tempus effugium. Quod si quis hanc traditionem evacuare presum-

pserit atque eamdem cellam a jure tuo vel successorum tuorum aliquo modo subripere temptaverit anathemate percussus. Deo in die juditii respondeat. Quod ut verius credatur, sigilli nostri impressione insigniri fecimus. Ego Wolricus Patriarcha huic decreto a me facto manu propria subscripsi. Ego . . . . Concordien. Episcopus subscripsi. Ego Alexander Nove civitatis Episcopus subscripsi. Ego Petrus Petenen. Episcopus subscripsi. Ego Vavinus Presbiter subscripsi. Ego Petro Presbiter subscripsi. Ego Bonefilius Presbiter subscripsi. Ego Johannes Presbiter subscripsi. Hujus rei testes sunt Albertus Comes Forojulien. Dictericus Vicedominus, Henricus, Hermenald, Johannes, Johannes, Adalbertus, Andreas, Bonus, Marquardus, Andreas, Pappo, Abningerus, Krimol &c. Facta transcriptio anno Domini MCCXIII Tertio die. . . . apud Aquilegiam. . . . .

Hujus rei testes sunt Wolricus Concordien. Episcopus L. . . . . nove Civitatis Episcopus, Stephanus Decanus. Henricus . . . . Sancti Felicis Presbiter Philippus, Wolricus, Hermanus Magister Scolarum. Et aliis Fratres nostri de Capitulo Aquilegen. Leonardus quoque Tunen. Presbiter Bernardus Vilacen. Archidiaconus & Capellani nostri Stephanus Sexten. Monachus, Fredericus, Conradus, Detalmus. Laici qu. Sifridus de Ruinia, Johannes de Portis, Udo de Prem. Siphridus de Treps, & Hermanus Fratres ejus. Veneti etiam Johannes Fuscus, Dominicus Grimanus, Dominicus Albus, Leonardus de Puteo, & alii multi. Ego Gernotus Aquilegen. Canonicus & ipsius D. Wolfkeri Patriarche Capellanus hanc cartam de suo mandato sigillavi & dedi.

Nota Florii

Hoc idem Wolrici decretum innovari jussit petente Vezellone Abb. Bertholdus Patriarcha an. 1238. testibus Henrico . . . . . *Volrico Tergestino*, *Gerardo Emonen.* Episcopis.

APPENDICE SECONDA

I

Contiene i Documenti appartenenti al Feudo di Pietrapelosa.

S. VICARDI DE PETRAPILOSA



OSSERVAZIONI

Sulla Pretesa del Cardinale Girolamo Aleandro, di discendere dai Marchesi di Pietrapelosa.

Il Cardinale *Girolamo Aleandro* Seniore nato alla Motta nell' anno 1480. in Febbrajo (che *more Veneto* era il 1479., come si legge nell'Epitaffio) si vantò di essere della Famiglia de' Conti di Landro, e di Pietrapelosa. *Lutero* asserì, che discendeva da stirpe ebrea, che *s' ignorava, se ei fosse battezzato; ma che certamente non era Fariseo, perchè non credeva la resurrezione de' morti* (1). *Girolamo Garimberto* riferisce ancora la voce, che correva allora, che il di lui Padre fosse *Mulatiero*. Lungamente l' *Aleandro* sostenne contro *Lutero* la propria prosapia nella Dieta di Vormazia, ma *Ulrico Uttenio* lo rimproverò *d' avere mentito ogni cosa*. Il *Seckendorf* diede un ristretto della arringa dell' *Aleandro*, ritrovata fra gli atti della Dieta di Worms, esistenti nell' Archivio dei Duchi di Weimar, e fra le altre cose si legge *multi hic sunt boni Viri, quibus notus sum ego, & familia mea, & asserere ego vere possum, majores meos Marchiones in Is-*

(1) Tom. I. p. 406. ap. Seckendorf &c. Vedi nel Dizionario di *Bayle* l' articolo *Aleandro*, e nel T. I. degli Scrittori del *Mazzuchelli*. Vedi anche Tom. I. p. 457. delle *notizie de' Letterati del Friuli* di Giuseppe *Liruti*.

V

tria fuisse . . . . . . Natales meos ita legitimavi, ut in Canonicum Leodiensem receptus sum, quod factum non foret, nisi ortus essem ex familia illustri, vel spectabili. Egli infatti nell' anno 1514. dalla Francia, dove era stato Professore, e Rettore dell' Università di Parigi, passò a Liegi come Cancelliere d' *Erardo della Marca* Vescovo, e Principe di detta Città, il quale gli conferì un Canonicato della Cattedrale, e la Prepositura di S. Pietro. Si noti essersi l' *Aleandro* vantato di discendere dai *Marchesi* nell' *Istria*. Io ho dato due serie di questi. E' la prima dei Marchesi Principi (p. 193.), e la seconda (p. 262) de' Marchesi Governatori annuali, sotto il dominio de' Patriarchi Aquilejesi, sino all' anno 1409. In niuna di queste serie c'è luogo per collocare gli antenati dell' *Aleandro*: L' epitaffio posto al suo sepolcro nella Chiesa di S. Grisogono in Roma, lo dice *e Comitibus Landri in Carnia Petræ Pilosæ in Istria oriundo*. Non v' è qui il titolo de' *Marchesi*. Innoltre Pietrapelosa fu bene antico, e nobile Feudo; ma del titolo di Marchesato non si hanno memorie anteriori all' anno 1463. in lettera Ducale, in cui *Nicolò Gravisi* è detto *Marchio Petræpilosæ*.

L' *Aleandro* non poteva adunque vantarsi oriundo dai *Marchesi d' Istria*, e neppure dai *Marchesi* di *Pietrapelosa*. Poteva però discendere dai Signori di detto Feudo: ma anche qui insorgono non poche difficoltà.

Nell' anno MCCXCIX. *Vicardo* di Pietrapelosa investì di questo Feudo, e di quelli di Grisignana, e di Sales, *Asquino* di *Varmo*. Nell' inventario di Odorico Susana vivente nel 1376, che si troverà più abbasso, si legge come segue: 1299. 11. *Mart. D. Vicardus quondam D. Henrici de Petrapilosa investivit D. Asquinum de Varmo avunculum suum de Castro Petræpilosæ, & de Castro Grisignanæ jure Feudi, & de loco Salis cum juribus*. Sicchè *Enrico* è il primo, di cui si faccia menzione, e poi il di lui figliuolo *Vicardo*; e questo investì

di detto Feudo *Asquino* di Varmo. Convien dire, che *Vicardo* allora non avesse figliuoli, e che l'investitura non dovesse aver il suo effetto, se non dopo la di lui morte. Veggasi il documento seguente del MCCCXI, da cui traspira un di lui concordato con *Federigo* di Gemona pel Feudo di Mummiano con la corrisponsione di dugento marche, a condizione, che non lo cedesse mai, nè ai *Veneziani*, nè *a quelli di Capodistria*. Di questo *Vicardo* è il sigillo, che abbiamo posto nel frontispizio, posseduto dal Marchese *Girolamo Gravisi*. Nell'anno MCCCXXX vidimo già (p. 229, & Append. num. XXXIII) come un *Pietro* Signore di Pietrapelosa era confederato della Contessa *Beatrice* di Gorizia contro il Patriarca *Pagano*; e nel documento, che diamo in seguito del MCCCLII, ritroviamo, che il di lui Figliuolo *Niccolò* ricevette l'investitura da *Jacopo Moroello* Marchese d' Istria dei Feudi, che riconosceva dalla Chiesa Aquilejese *de omnibus suis Feudis antiquis justis, & legalibus eo jure, quo sui Progenitores, & ipse illa habuerunt ab Ecclesia*. Dalle quali espressioni sembra potersi dedurre, che il detto *Niccolò* fosse discendente di *Vicardo*, e che non abbia avuto luogo la famiglia di Varmo. Convien dire, che il Conte di Gorizia *Arrigo* oltre la terra di Albona avesse occupato anche *Pietrapelosa*, perchè nella pace seguita nel MCCCLV con *Niccolò* Patriarca, questo salvò le sue ragioni sopra detto Feudo (Append. num. XXV). Due documenti diamo ora dell' anno MCCCLXXVII di *Marquardo* Patriarca, il quale essendo in Pinguente, concede alcuni pascoli confinanti con Pietrapelosa, alle Comunità di Pinguente, e di Portole; ne' quali nomina *Castrum nostrum Petræpilosæ*. Non si sa poi come nel MCCCLXXXI. *Doimo di Castello, sub certis pactis*, come nota *Odorico* d' Udine (p. 261) avesse in pegno cotesto Feudo. Ma siccome i Signori di Castello uniti a quelli della Torre, di Porzia, ed altri erano collegati con i Conti di Gorizia nella guerra, che terminò con la

pace accennata del MCCCLV; così è credibile, che sin da quell' ora i detti Signori di Castello avessero avuto in mira l' acquisto di Pietrapelosa. Per conseguenza sino all' anno MCCCLXXXI, io non ritrovo gli Antenati del Cardinale *Aleandro*. Eppure nell' albero genealogico di questa Famiglia, ch' io diedi al Conte *Giammaria Mazzuchelli* da lui pubblicato nel Tomo I. degli *Scrittori d' Italia* (1), esistente nella libreria del Cardinale Ottoboni, si ritrova la nota seguente di mano di Monsignor *Fontanini*. *Landus*, *Blanchinus*, *Nicolaus*, *Joannes Fratres Comites Landri*, *& Petræ pilosæ*, *militiæ nomen dederunt sub Leopoldo Archiduci Austriæ*; *quo victo*, *& ejecto*, *ipsi quoque his castris privati sunt*. *Horum quidam se in Civitatem Austriæ receperunt*; *cæteri vero Motham confugerunt*. *Qui in Civitate Austriæ commorati sunt*, *Comites vocabantur*; *qui Mothæ degerunt*, *descendentes a Blanchino*, *a Landro*, *mutato cognomine*, *Aleandri appellati fuerunt anno* MCCCLXXVI. Il *Fontanini*, o chiunque fu l' autore di questa nota, non ebbe presenti i fatti seguiti in quel tempo. *Leopoldo* era Duca, non *Arciduca* d' Austria; mosse guerra ai Veneziani nell' anno MCCCLXXVI, e questa si fe' in Trevigiana, e nel Feltrino. Non fu nè *vinto* nè *fugato*; perchè incerta fu la vittoria nelle battaglie date con vicendevole fortuna. *Lodovico* Re d' Ungheria si fe' mediatore per una tregua; ma gli Ambasciatori Veneti andati in Austria conchiusero la pace, con la restituzione de' prigionieri, e de' luoghi sul Feltrino appartenenti ad esso Duca, consegnandogli innoltre la Chiusa di Guero. La detta pace si pubblicò in Venezia il giorno 19. d' Ottobre dell' anno MCCCLXXVIII (2). La guerra adunque non si fe' in Istria, nè i Signori di Pietrapelosa v' ebbero mai che fare, onde esserne discacciati. Ottimamente poi si appone il *Liruti* (3), asserendo, che il Patriarca niuna guerra ebbe

(1) Pag. 224. Nota C. (2) Marin Sanudo. Vite de' Duchi di Venezia Rer. Ital. Script. T. XXII. p. 677. (3) Loc. citat.

col Duca *Leopoldo*, e molto meno lo ha *vinto*; e perciò conchiude, che gli Aleandri non discendevano nè dai Signori d'Antro, o di Landro, nè da quelli di Pietrapelosa. Il Cardinale Girolamo *Aleandro*, tuttocchè dottissimo, particolarmente nelle lingue ebraica, e greca, volle illustrare la sua Famiglia senza farsi scrupolo di offendere la verità; come usò di fare anche in altre occasioni, allorchè poteva essere interessata la sua vanità, di che abbiamo altrove (1) data non equivoca testimonianza. Non perciò credo vero il carattere, che fe' di Lui *Pietro Bayle* appoggiato sulle invettive di *Erasmo*, e di *Ulrico Hutten*; perchè troppo noto è l'astio di costoro contro il sostenimento dei diritti Pontificj, e degli articoli di Religione, ch'erano allora in contesa.

Ritornando adunque a Pietrapelosa, diremo, che nell'anno MCCCCXXII il Marchese *Taddeo* d'Este, Generale de' Veneziani, se ne impadronì in nome della Repubblica; e che questa poi ne diede il possesso col titolo di *Marchesato* a *Niccolò Gravisi*; come rilevasi dal documento posto in ultimo luogo di questo articolo.

(1) Nelle Opere &c. T. XV. p. 53. 54. &c.

Contratto e Sicurtà fra Arrigo di Gemona, e Guiscardo di Pietrapelosa pel Castello di Mimillano, anno MCCCXI.

Ex Protocollo Pelegrini Not. Glemonæ existente in Tabulario apud majorem Ecclesiam.

Anno Domini MCCCXI. Indictione IX. Die VII. exeunte Majo Presentibus Johanne filio qu. Marini Ingizani, Johanne fil. q. Biachini Not., Blasio fil. q. Johannis Boni Not., Nicoleto fil. q. Pagisii Not., Artucio filio q. Petri Mirissonis, Stefano fil. qu. Odorlici de Portis testibus de Glemona & aliis &c. Cum Dominus Federicus fil. q. D. Henrici de Glemona se obligasset de CC. Marc. denar. Aquil. erga D. Guicardum de Petrapilosa de non vendendo, dando, obligando, seu aliquo modo obnoxiando a se Castrum de Mimillagno tam Venetis quam Justinopolitanis sive de Capire Istrie aut aliis subjectis hominibus de Venetiis vel quibuscumq. aliis, quibus mediantibus dictum Castrum pervenire posset ad predictos homines de Venetiis aut de Justinopoli vel aliis subjectis hominibus de Venetiis dolo aliquo ingenio sive causa usque ad sex annos proximos venturos, & de non faciendo contra ipsum D. Guicardum aut contra suos servitores, pro eo quod ipse Dominus Vuicardus habuit & tenuit ipsum Castrum Mimillagni hucusq. & pro hiis juxta pactum habitum inter eos, promisit eidem D. Guicardo prestare ydoneam cautionem, & cum fidejussores pro securitate hujusmodi idem D. Federicus commode habere non posset ipse eisdem CC. Marc. adjungens centum que sunt in summa adjacente pro eisdem CCC. Marc. obligavit eidem D. Guicardo domum suam cum turri & aliis domibus & bonis eidem D. Federico pertinentibus tam in Castro de Glemona quam in Glemona & ejus pertinentiis prout ipse D. Federicus ibidem confitebatur. D. Mathias frater dicti D. Federici precibus ipsius D. Federici se constituens fidejussorem stetit & promisit

Francisco fil. D. Stefani de Zellaco stipulanti & recipienti vice & loco dicti D. Guicardi dictam domum cum turri & bonis predictis eidem D. Guicardo manutenere auctorizare, & distrigare in ratione usq. ad dictum terminum sic quod ipse D. Federicus dignoscitur obligatus sub pena dupli minus quinque sol. vr. par. stipulatione premissa-penaque soluta vel non omnia predicta obtineant plenum robur & nihilominus observentur cum obligatione omnium suorum bonorum presentium & futurorum.

Actum Glemone in domo Communis in Portis &c.

PIETRA PELOSA

Ricavato da un antichissimo Processo tra la Nobile Signora Stella figlia del qu. Nob. Artico de Castello, ed i Nobili Federico, ed Odorico de Castello. Si legge in un Manoscritto di Giuseppe Bini, anno MCCCLII.

In Christi nomine Amen. Anno nativit. ejusdem millesimo tercentesimo quinquagesimo secundo Indictione quinta die primo mensis Julii, presentibus Venerabili in Christo Patre Domino Fratre Johanne Dei gratia Episcopo Emon. Nobilibus Viro Luisio filio Domini Carlavarii de la Turre, Odorico qu. Arthici de Prampergo Corradono de Maniaco, & Ossalco qu. Ottonio de Grisignana testibus, & aliis coram Nob. Viro Domino Moroelo de Lucha Marchione Istrie ac Magistro Curie Reverendissimi in Christo Patris & Domini Domini Nicolai Dei gratia S. Sedis Aquilegens. Patriarche commissionem ad infrascripta ab eodem Domino Patriarcha habente prout de commissione hujusmodi constat publico instrumento scripto anno & indictione predictis die vigesimo mens. April. manu Pauli qu. Magistri Johannis de Mutina Imperiali auctoritate Notar. & a me infrascripto Notario viso & lecto, constit. Nob. Vir Nico-

laus qu. Domini Petri de Petra pillosa Vassallus Ecclesie Aquileg. humiliter supplicavit eidem Domino Jacobo Moroelo ut ipsum de Feudis suis que habet ab Ecclesia Aquileg. investire benignius dignaretur, dictus vero Dominus Jacobus ejus supplicationibus inclinatus credens, & sperans quod fidelis, & legalis erit predicto Domino Patriarche & Aquileg. Ecclesie vigore commissionis predicte nomine prefati Domini Patriarche ipsum Nicolaum de Petra pillosa pro se & suis heredibus recipientem de omnibus suis feudis antiquis justis, & legalibus eo jure quo sui Progenitores, & ipse illa antiquitus habuerunt ab Ecclesia supradicta de speciali gratia non obstante quod transactus sit annus infra quem predictus Nicolaus petere debuit investituram hujusmodi feudorum per fimbriam sue guarnachie presentialiter investivit, salvo jure Aquileg. Ecclesie & omnium personarum, mandans ei sub debito prestiti juramenti quod usque ad unum mensem proximum futurum, prefato D. Patriarche in scriptis tradat omnia sua feuda supradicta. Actum Utini in Palatio Patriarchali.

Et ego Odericus natus q. prudentis viri ser Jacobi d. Notarii de Carnea Civis & habitator Terre Utini publicus, & Imperiali auctoritate Notar. ex commissione mihi facta per magnif. & generosum Virum Dominum Dominum Robertum Mauroceno dudum pro Serenissimo & Invictissimo Ducali Dominio nostro Venetiarum in Patria Forijulii Locumtenenti benign. prout inveni in notis & protocollis olim Gubertini Notarii de Novate Mediolanen. dieces. & olim Utini habitator., nil addendo, vel minuendo, quod sensum mutet, vel variet intellectum predictum instrumentum rogatus, & requisitus scribere fideliter scripsi, & publicavi, meisque signo, & nomine solitis, & consuetis appositis, in fidem, & testimonium omnium premissorum.

Pace

Pace fra il Patriarca, e i Conti di Gorizia, anno MCCCLVI.

Nos Nicolaus Dei gratia Sanctæ Sedis Aquilej. Patriarcha notum facimus universis presentes litterarum inspecturis quod ob amorem, & benevolentiam, quam ad Magnificos, & Potentes Viros Dominos Maynardum, & Henricum fratres Goritiæ, Tyrolis Comites dictæ Aquilejensis Tridentium, & Brixien. Ecclesiar. Advocatos . . . . . . nec non ob affectionem Magnifici, & Potentis Viri Domini Francisci de Carraria pro Imperiali Maiestate Civitatis Paduæ districtus Vicarii Generalis amici, & fratris nostri carissimi se interponentis pro Pace, & Concordia infrascripta, cum dictis Dominis Comitibus, & eorum fautoribus, & servitorum quibuscumque super omnibus litibus, & quæstionibus quacunque occasione inter nos, & ipsos hinc inde vertentibus pacem, & firmam concordiam perpetuo duraturam fecimus, ac per presentem facimus, & promittimus in hunc modum pro ut in infrascriptis plenius, & per omnia continetur. Primo videlicet quod nos, per nos, & nostros Successores, ipsos Dominos Comites & eorum hæredes libere, ac perpetuo in eorum Advocatia nostræ, & Aquileg. Ecclesiæ, & in omnibus juribus ad dictam Advocatiam spectantibus quocumque nomine censeantur pro ut antecessores, & progenitores eorum ipsam Advocatiam hactenus tenuerunt nullo modo impediamus, nec in eadem Advocatia eis, vel eorum hæredibus aliquod dampnum inferamus, nec nos met, nec alicui alteri consentiemus clandestine, vel a parte, sed spetialiter ipsos, & eorum hæredes, vel fratrem eorum Comitem Albertum si sine hæredibus ipsos decedere contingeret, quod absit in dicta Advocatia, & ejus pertinentis, & in omnibus aliis eorum juribus manutenebimus protegemus fideliter, & deffendemus tanquam nostros, & nostræ Ecclesiæ antedictæ veros, & legitimos Advocatos ita, & taliter quod de dicta Advocatia,

& juribus suis libere gaudere, frui, & uti valeant, quacunque contradictione, vel obstaculo penitus remotis per nos, & nostros servitores, & subditos quoscunque. Item quod nos ipsis Dominis Comitibus compleamus per effectum omnia pacta ipsis per nos promissa in Beudacis, quam in littera per nos ipsis ibidem data plenius continetur, & si qua comissa forent contra pacta in predicta littera contenta emendentur.

Item quod nos tenemus eisdem Dominis Comitibus restituere partem ipsorum in Varino. Item quod nos tenemus precipere effectualiter omnibus subditis, & servitoribus nostris quatenus predictis Dominis Comitibus, vel eorum alteri ostendant litteras, & jura sua super bonis ipsorum quæ ab ipsis tenent in feudum, vel jure pignoris quotiescumque per eosdem Dominos Comites super eo fuerint requisiti, & si qua feuda, seu impignorationes per non indebite occuparentur illa prosequi favere debemus, & nullatenus impedire absque fraude. Item omnia bona Nobilium de Forojul., quæ per nos forent intromissa, & quæ habentur ab ipsis Dominis Comitibus in feudo, vel que per Progenitores ipsorum, aut per ipsos forent impignorata, quandocunque nos de juribus eorum per ipsos informabimus libere restituere teneamus. Item non debebimus, nec tenemur ipsos Dominos Comites impedire in bonis quorumcunque ipsorum Servitorum de Castellutto, ubiq. exceptis illis bonis quæ a nobis habentur in feudo. Item quod a Civibus ipsorum Portulatis non recipiatur aliqua muta in locis nostris de cætero cum per ipsos informati fuerimus quod hujusmodi mutam dare non teneantur. Item quod Claustro de Butsiulo predictorum Dominor. Comitum fondationi per homines de Palalolo, aut alios servitores nostros de cætero non fuit aliqua injuria, vel gravamine, & si fieret procedere tenemus contra delinquentes usq. ad integram satisfactionem. Item quod si aliqua bona feudalia ipsorum Dominorum Comitum ab ipsis per nostros tempore debito non essent requisita, seu pe-

tita, vel quæ ad ipsos Dominos Comites essent devoluta eadem Bona persequi debent mediante justitia, & in eisdem bonis eos manutenere, favere fideliter, & conservare tenemur. Item debemus illis de Villalta, & de Castellerio, & aliis servitoribus nostris perpetua servitia, que ipsis D. Comitibus per eosdem contra nos facta sunt de cætero non inferre aliquam molestiam, seu indignationem occasione hujusmodi servitiorum absque dolo, & fraude, & bona ipsorum ipsis restituere integre, & complete, ita quod ipsi de hujusmodi bonis frui, & gaudere valeant possessione pacifica. Item quod relaxamus omnes servitores Dominorum Comitum, & absoluimus ab omnibus juramentis & promissis si qua per eosdem nobis facta fuissent. Item remittimus omne dampnum quod nobis, & nostris illatum est tempore treguarum in integrum, & completum. Item omnes, & singulos Carceratos per nos, & nostros detentos in Forojuliensi, Carsis, & Istria subditos ipsorum Dominor. Comitum relaxamus pristinæ libertati. Item si aliqua bona predictor. Dominor. Comitum, vel eorum subditor. per nos vel nostros forent occupata debemus illis quod petunt restitutionem dare terminos debitos, & etiam illis qui debent respondere, & si petentes petunt ostendere juxta rationem quod contra juris sint expulsi debemus ex nunc eosdem ponere in possessionem, & habita possessione illi respondeant per justitiam impetentibus eos salvis juribus omnibus, & monumentis, que habemus, vel habere videmur nos, & *Aquilejen. Ecclesia in Castro de Petrapillosa, & suis pertinentiis, & aliis quibuscunque, salvis etiam omnibus juribus, & monumentis* que habent & habere videntur D. Comites antedicti super Dominium Vallis, Cadubrii, Civitatis Venzoni & suis pertinentiis. Item si per nos, vel nostros predictis Dominis Comitibus, vel suis aliquas novitates, vel dampna insurgerent modo quocumque hæc debent dicti D. Comites, vel quicumque erit loco ipsorum in Goritia nobis, aut alteri qui loco nostri erit in Forojulii signifi-

care, & de quacunque informabimus fuisse irrationabiliter; aut violab. . . . factum illud promittimus emendare infra tres menses totaliter, & complete, postquam requisiti fuerimus super eo; si vero illud facere neglexerimus omne dampnum quod exinde dicti D. Comites perciperent illud tenemur sibi persolvere cum effectu obligantes ad hæc omnia bona nostra, & prefatæ nostræ Ecclesie Aquilejen. Item tenemur precipere Johanni de Stayn, ut dictis D. Comitibus restituat medietatem Castri ipsorum in Ratspurch cum aliis Villis ipsorum, & eorum servitorum, quas detinet occupatos, & si idem Johannes hoc facere recusaret non tenebimur præbere auxilium dictis Dominis Comitibus contra prædictum Johannem juxta possibilitatem nostram. Item promittimus dictis Dominis Comitibus quod quæcunque ipsi petent a Johanne de Stengenberch restitutionem bonorum videlicet servitorum eorum Henrici de Rutersperch illorum de Cottech, Cottuch, & Nicolusii . . . de Castro novo si tunc idem Johannes eandem restitutionem facere recusaret ex nunc eidem Johanni nullum auxilium dare, & præbere debebimus contra Dominos Comites antedictos. Item si aliquos fecissemus processus contra prædictos D. Comites, vel eorum servitores per querimonias, seu excommunicationes vel alio modo quocunque illos omnimode tenemur revocare, & per omnia presentibus revocamus. Quæ quidem omnia, & singula suprascripta promittimus per fidem nostram remotis omni dolo, & fraude adimplere, attendere, ac inviolabiliter observare, & contra ea, seu eorum aliquod per nos, seu alio modo aliquo nullatenus facere, vel venire. In quorum omnium testimonium presentes fieri jussimus nostri sigilli appositione munitas.

Dat. in Monasterio Sanctæ Mariæ prope Varnum die XXII. mensis Sept. Anno Dominicæ Nativitatis millesimo tricentesimo quinquagesimo quinto Indictione VII.

Concessione di alcuni pascoli all' università di **Pinguente** *&c., anno* MCCCLXXVII. *Dal libro de' Ducal. nella Cancelleria del Sindicato pag.* 11. 49,

Nos Marq. Dei gratia S. Sedis Aquil. Patr. Tenore presentium notum facimus universis quod ad nostram presentiam accedentes dilecti fideles nostri Gastaldio Zuppa & Potzup Judices, & Universitas Castri Pinguenti nobis humiliter & cum instantia suplicaverunt ut certa pascua nostra & Ecclesie nostre pertinentia ab antiquo ad Castrum Petrepilose sita inter dictum Castrum, & Castrum nostrum Pinguenti incipiendo a flumine Magno, & eundo per Rivum qui dicitur Glabaziza; deinde versus . . . . quod dicitur Nameis, deinde per Rivum quod dicitur Venet. *Potod*, sub S. Ioanne usque ad fluvium Manzanic per Rivum qui dicitur Rivus Patriarche, transeundo territorium ubi . . . . . que dicebatur . . . . . descendendo superius versus Vallemoniza, deinde Tragalez, concedere misericorditer dignaremur. Nos vero eorum petitionibus inclinati, utque ipsi fideles nostri ad nostra, & Ecclesie nostre servitia tanto ferventius animentur, quanto a nobis amplioribus gratiis senserint preditatos. Nostro, & Ecclesie nostre nomine & successorum nostrorum, hominibus eisdem videlicet Gastaldio Zupa, & Potzup Judicibus & Universitati dicti Castri nostri Pinguenti pro dicta nostra communitate recipientibus predicta pascua nostra usque dum taxat ad nostrum Ecclesie nostre & successor. nostrorum beneplacitum & renovatione concedimus de gratia speciali sic & taliter quod per hanc concessionem nullum in proprietate & possessione jus pretendere valeat in futurum. Imo dicta pascua nobis & Ecclesie nostre dimittere pacifice teneantur ad omne nostrum & successorum nostrorum beneplacitum & mandatum. In quorum testimonium presentes nostras litteras fieri fecimus nostri sigilli appositione munitas. Data in Castro nostro Pinguenti die XX Octobris indictione XV millesimo trecent. septuag. sept.

Marquard. Dei gratia S. Sedis Aquil. Patr. Tenore presentium notum facimus universis quod ad nostram accedentes presentiam dilecti fideles nostri Gastaldio Maricus Judices & universitas Castri nostri Portularum nobis humiliter cum instantia supplicarunt ut certa pascua nostra & Ecclesie nostre pertinentia ab antiquo ad Castrum nostrum Petrepilose sita infra dictum Castrum, & Castrum nostrum Portularum; incipiendo a Molendino qui dicitur Comergnoch usque ad viam quæ vadit Grade (*Gradigna*) a via Grade eundo per viam currorum super Monte qui dicitur Breg deinde usque ad viam que vadit Sdregnam, deinde ad Hagariam magnam ubi dicitur Velichidol avogaria usque ad aliam viam eundo Sdregnam a via recte per viam rectam que vadit Papolice versus Cotalinam, deinde usq. ad Brisam magnam circuendo Tubalahidol ab ipso recte per viam versus Strilza & ibi conjunguntur tres aquæ, concedere misericorditer dignaremur. Nos vero inclinati eorum petitionibus utque ipsi fideles nostri ad nostram & Ecclesie nostre servitia tanto ferventius animentur quanto a nobis amplioribus gratiis se senserint preditatos, nostro & Ecclesie nostre & successor. nostrorum nomine eidem Gastaldioni Maricio, judicibus & Universitati dicti Castri nostri Portularum pro dicta nostra Communitate recipientibus predicta pascua nostra qua ad usum secandi, & utendi & etiam in nostris nemoribus incidendi usque dumtaxat ad nostrum Ecclesie nostre & successor. nostrorum beneplacitum & revocationem concedimus, de gratia speciali sic & taliter quod per hujus concessionis nullum in proprietate, & possessione jus pretendere valeant in futurum. Imo dicta pascua nobis & Ecclesie nostre dimittere pacifice teneantur ad omne nostrum & successorum nostrorum beneplacitum, & mandatum. In quorum testimonium presentes nostras litteras fieri fecimus nostri Sigilli appositione munitas. Datum in nostro Castro Bullearum die XXI Octobris anno Domini 1377. ind. XV.

De mandato Domini ad rel. Nicolai Tertii.

Assegnamento del Feudo di Pietrapelosa a Nicolò Gravisi in ricompensa de' servigi dal medemo prestati alla Repub. di Venezia, anno MCCCCXL.

Francisus Foscari Dei gratia Dux Venetiarum &c. ad perpetuam rei memoriam. Cum pridie de mense Septembris nuper elapsi propter ardentissimam fidem, & laudabilia merita ad honorem, & statum nostrum prudentis viri Nicolai Gravisi qu. Vanti de Pirano, dilecti Civis, & fidelis nostri Piranensis, qui licet multis modis, variisque temporibus pro salute, & comodis status nostri se se personaliter exercuerit nullis parcendo laboribus vel periculis, tamen quia in spetie tractatum, & conspirationem, quæ contra nos, & statum nostrorum de Civitate nostra Paduæ per quosdam iniquitatis filios tenebatur, ductus zelo veræ fidelitatis, ac naturalis sinceritatis ac devotionis, nobis, & nostro Dominio propalavit, unde dici potest ipsam Civitatem Paduæ pro ipsius Nicolai fide & industria sub nostra Republica conservatam esse. Nos qui nostrorum fidelium subditorum, ac fidei & meritorum suorum nunquam fuimus immemores nec ingrati cum nostro Consilio de X & aditione solemniter providerimus, quod idem Nicolaus Gravisi qu. Vanti de Pirano pro se & heredibus suis omni anno habere, ac recipere deberet a Camera nostra Justinopolis ducatos 400 de pecuniis illius Cameræ nostræ, donec sibi provideretur de tot possessionibus, quæ essent suæ liberæ & suorum heredum, de quibus ipse, & ejus heredes haberent & perciperent de reditu ducatos 400. in anno, pro cujus nostræ deliberationis atque provisionis executione jussimus per ipsam nostram Cameram Justinopolis dare & numerare jam dicto Nicolao & heredibus suis suprascriptos duc. 400. in anno & ratione anni cum conditione predicta, sicut ex nostris litteris superinde confectis plane constat. Nunc volentes dare principium assignationi, & traditioni prædictarum

possessionum, notum facimus tenore presentium universis & singulis, quod cum supradicto Consilio nostro X & aditione animo deliberato, & ex certa scientia dedimus & concessimus, ac damus & concedimus tenore presentium præfacto Nicolao Gravisi qu. Vanti de Pirano pro se, & heredibus suis in Pheudum perpetuum, ac jure & titulo Pheudi perpetui Castrum & locum Petræpilosæ in partibus Istriæ situatum cum reditibus, introitibus, proventibus & territoriis, & pascuis, juribus, pertinentiis, & omnibus jurisdictionibus ad ipsum Castrum, seu ad nostrum Dominium ratione ipsius Castri quomodolibet pertinentibus, hac tamen conditione, quod introitus, reditus, & proventus ex nunc declarentur, & limitentur esse duc. 150. singulo anno, computentur in suprascripta provisione duc. 400. ipsius Nicolai, & heredum suorum, ita quod habeant & recipiant tanto minus de provisione a Camera nostra Justinopolis, quantum est ipsa quantitas duc. 150 in anno, & residuum dictæ provisionis recipiant ab ipsa nostra Camera Justinopolis secundum formam deliberationis nostræ predictæ donec sibi & heredibus suis provisum fuerit de aliis possessionibus ad equivalentiam residui dictæ provisionis. Declarando tamen, quod idem Nicolaus & ejus heredes custodire teneantur, & conservare dictum Castrum Petræ pilosæ omnibus suis expensis ad honorem, statum, & obedientiam nostri Dominii & si pro aliquo casu guerræ aut alterius novitatis nostro Dominio videretur pro securitate status nostri assumere custodiam dicti Castri, teneantur idem Nicolaus & ejus heredes consignare ipsum Castrum in manibus nostris absque prejuditio tamen Pheudi suprascripti, remanentibus tamen reditibus, proventibus, juribus, pertinentiis & jurisdictionibus dicti Castri ipsi Nicolao & heredibus suis sicut superius dictum est: Hoc tamen declarato quod finita dicta guerra, & cessantibus novitatibus illis, Dominatio nostra teneatur & debeat ipsum Castrum restituere, & consignare prefacto Nicolao, & heredibus suis.

suis: Si vero Dominatio nostra deliberaret dictum Castrum retinere, eo casu teneatur solvere & reficere expensas factas per ipsum Nicolaum & heredes suos in reparationibus, & laboreriis dicti Castri, remanentibus tamen omnibus aliis suprascriptis concessionibus, provisionibus, & conditionibus in sua firmitate, sicut superius dictum est. Teneatur idem Nicolaus & ejus heredes pro recognitione, & honorantia Pheudi dicti Castri Petræpilosæ dare nostro Dominio singulis annis ad festum gloriosissimi Protectoris nostri S. Marci de mense Aprilis cereum unum ponderis librarum decem pro Ecclesia S. Marci. Verum sicut ipsum Castrum habet sub se aliquas Villas, vel subditos ad ipsum Castrum pentinentes ex nunc declaretur ac declarandum esse intelligatur, quod jurisdictio sanguinis, & criminalium, & appellationes causarum civilium ad Potestatem, & Capitaneum nostrum Justinopolis pertineant, qui in rebus & casibus criminalibus, & appellationibus causarum civilium sit & esse debeat superior cognitor, & decisor. De suprascripto autem Pheudo perpetuo dicti Castri nos ipsum Nicolaum per se & heredes suos cum modis & conditionibus suprascriptis solemniter investivimus, ac tenore presentium investimus. Ipse autem Nicolaus pro se & heredibus suis veræ fidelitatis, vasallagii, & obedientiæ in manibus nostris solemne præstitit juramentum. In quorum omnium fidem & robur præsens nostrum privilegium fieri jussimus, & bulla nostra argentea pendente muniri.

Dat. in nostro Ducali Palatio die 10. mensis Martii, ind. III. 1440.

Franciscus Alariga Cancellarius.

Lettera del doge di Ven. Mauro ai podestà ec. del Friuli, ed Istria, perchè secondino Nicolò Gravisi nella leva di soldati ec., anno MCCCCLXIII.

Christophorus Mauro Dei gratia Dux Venetiarum &c. universis & singulis nobilibus & sapientibus viris de suo mandato Potestatibus, Capitaneis, Rectoribus, Offitialibus quarumcunque Civitatum, terrarum, & locorum nostrorum Patriæ Forijulii & Istriæ, ad quos presentes advenerint salutem, & dilectionis affectum. Inspecta fide, & rei militaris experientia strenui Nicolai de Gravisiis Marchionis Petrepilose deliberavimus eundem conducere cum bono Ballistariorum numero. Idcirco vobis & unicuique vestrum efficaciter mandamus, ut eidem Nicolao debeatis omne auxilium & favorem, ut celeriter sicut optamus Ballistarios ipsos conducere possit.

Dat. in nostro Ducali Palatio die XIII. Junii Ind. XI. 1463.

Christophorus Mauro Dei gratia Dux Venetiarum &c. nobilibus & sapientibus viris Leonardo Calbo de suo mandato Potestati & Capitaneo Justinopolis, & successoribus suis salutem & dilectionis affectum. Audita supplicatione istius fidelissimæ Comunitatis nostræ, in qua continetur elegisse egregium fidelem nostrum Nicolaum de Gravisiis Marchionem Petrepilosæ cum heredibus suis de consilio suo electionem ipsam digne factam, & de viro benemerito & nobis fidelissimo presentium literarum nostrarum tenore approbamus, & ratificamus: volentes ut dictus Nicolaus cum suis heredibus uti & gaudere debeat omnibus offitiis & beneficiis istius Comunitatis, sicut faciunt alii de dicto Consilio. Nos autem literas nostras facientes in actis Cancellariæ vestræ ad futurorum memoriam registrari, & registratas presentanti restitui.

Dat. in nostro Ducali Palatio die XXVI Martii Ind. XIII. MCCCCLVI.

APPENDICE SECONDA

Num. II.

ESTRATTO DAL CODICE

ESISTENTE

NELL' ARCHIVIO PATRIARCALE IN UDINE

INTITOLATO

THESAURUS AQUILEJENSIS

ED

ALTRI DOCUMENTI CAVATI DAGLI ORIGINALI.

Estratto dal Codice intitolato Thesaurus Aquilejensis, *scritto da Antonio Belloni, Cancelliere del Patriarca Marquardo esistente autentico nell' Archivio dell' Arcivescovato d' Udine.*

Anno MCCCLXXVI.

Ad laudem perenemque gloriam Omnipotentis Dei ejusque intemeratæ Genetricis Mariæ sub cujus vocabulo & protectione S. Aquilejensis Ecclesia ejusque Patria in libertate prospera & . . . . fœlicius triumphavit & triumphat atque ad honorem & laudem B. B. Mart. Ermagore & Fortunati ejusdem Ecclesie Patronorum totiusque Celestis Curiæ, nec non ad memoriam comendabilem atque perpetuam Reverendissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Marquardi Dei gratia S. Sedis Aquilegiensis dignissimi Patriarchæ qui bonorum cunctorum disponente Auctore ultra Patriam famosam *Tulmini* per eum a tenaci manu Goriciæ Comitis fortissimumque Petrepilose Castrum in Histria ab occupantibus multis propecumque exempta terram quoque notabilem Portusque & raptorum redempta manibus loca, & jura plurima Ecclesie prefate recuperavit & fœliciter acquisierit &c.

In primo namque Scrinio sunt privilegia Apostolica Summorum Romanorum Pontificum de concessione potestatis facte

Domino Patriarche, & successoribus suis super Episcopatus XVII. scilicet Polens. Tergestin. Justinopolit. Parent. Peten. Emonen. &c.

In secundo. Renunciatio facta per Gradensem Patriarcham de Episcopatibus Histriæ Villa Morsani & pluribus aliis Villis & Bonis &c. Et instrumentum de certa sententia lata inter Episcopum Polensem & Capitulum suum.

In IV. Emptio *Belgradi* & *Lucinici* & de multis mansis in Histria concessis Domino Comiti Alberto solum ad . . . . annos in MCCCXLIII.

In octavo. Pacta & conventiones & jura super multis terris, castris, bonis, juribus, & jurisdictionibus Aquilegiensis Ecclesiæ que Veneti tenent, seu occupant in Histria & alibi. Et certi processus contra Venetos auctoritate Apostolica facti occassione dictar. terrarum & Castrorum per eos occupatorum. Et pax illorum de Tergesto cum Domino Nicolao Patriarcha.

In VIIII. Compromissum, et certe Sententie Arbitrarie & late inter Dominum Patriarcham & illos de Duino & de Tergesto vigore quarum inter cetera mercatores transeuntes non debent compelli ire per ante Burgum Duini.

In XI. Sunt Privilegia & Jura Imperialia ac Regalia, in Donationibus, concessionibus, & Confirmationibus factis Domino Patriarch. & Aquilegiens. Eccles. de regalibus, omnium Episcopatuum Hystriæ.

In XIV. Privilegia imperialia & Regalia super jurib. jurisdictionibus &c. cum Regalibus Episcopatuum & Abbatiarum & sanguinolento Dominio atque Ducatus Hystriæ &c. Et quædam Sententia lata per Dominum Maynardum Comitem Goriciæ contra Justinopolitanos. Et jus de Castro Solis in Hystria, & qualiter Polens. tamquam fideles Ecclesie obtulerunt libere introitum Domino Patriarche ad civitat. & cambium D. Patriarchæ cum Tergestinensi Episcopo de Ecclesia S. Canciani ultra Ison-

tium cum decimis omnibus vini, & monte in Mugla ejusque Territorio. Et emptio S. Georgii in Hystria cum jure . . . . de Taynie & sacramentum fidelitatis prestitum de illis de Parentio &c. certa testificatio super juribus Justinopolis & de bonis datis Domino Patriarcha Castro Pinguenti. Et Præceptum factum Piran. ut nullum Venetiarum reciperent in Potestatem per Dominum Raymundum Patriarcham. Et instrumentum de certis juribus terrarum Hystriæ & certa Sententia contra Polens. Et de castro *Ruvini* in Hystria donato Ecclesiæ Aquilegiensi. Et emptio Domini Patriarchæ a Tergestino Episcopo de locis *Moravæ* & *Creminiensi*. Et instrumentum de jure, quod Dominus Patriarcha habet in Turri de Castro Polæ. Et certa Confirmatio cujusque Sententie Friderici Imperatoris inter Dominum Patriarcham & Justinopolitanos. Et declaratio super Potestatem eligendo, aliisque juribus ibidem. Ac certe declarationes jurium Aquilejensis Ecclesie adversus Polens. Justinopolitan. Parentin. & alios de Hystria.

In XV. Et insuper de donationibus, & confirmationibus Marchionatus Hystriæ & de certis Sententiis contra Justinopolitanos & Polenses. Et qualiter Justinopolitani ob certas offensas fuerunt per Dominum Imperatorem pronunciati proscripti, & de mansis viginti regalibus in pluribus locis Hystriæ nominatis Domino Patriarche & Aquilegiensi Ecclesie donatis, & quod nullus in Hystria vel alibi in Patriarchatu possit Potestates vel Rectores eligere, sive collectas aut factiones aliquas imponere absque voluntate Domini Patriarche, ac de confirmationibus de pluribus Potestatibus electis in Parentio, Pirano, Pola, Justinopoli, & Montona, & de donatione regalium Polæ. Et privilegium de terra Muglæ donata Aquilegiensi Ecclesiæ quod etiam in libro Aquilegiensis Capituli reperitur. Et instrumentum de certis . . . . debitis annuatim per illos de Pinguento illis de Petrapilosa. Et de donatione Castri S. Syrici in Hystria. Et emptio ipsius Ville pignorate. Ac donatio

Castri seu Loci de Risergnano in Hystria cum omnibus pertinentiis & juribus & Rotulus certorum reddituum Adignani, & locorum ibi prope Hystria & etiam instrumenta publica XX. super confirmationibus Potestatum in melioribus terris & locis Hystriæ. Et donatio quarte partis Curtis Muglæ. Et de Mimilano feudo Ecclesie Aquilegiensis. Et emptiones domorum in Pola. Et de decima Muglæ. Et de Castro Salis. Et certa statuta & pacta cum paysanis in Hystria facta per Dominum Patriarcham. Et certe conventiones inter Dominum Patriarcham & Rectorem paysanorum Hystriæ. Et certe obbligationes illorum de Montona super adimplendis certis promissionibus factis Domino Patriarche & certe promissiones pro illis de Justinopoli. Et qualiter illi de Grisign. sunt ministeriales dicti Patriarche. Et de donatione Castri Veneris. Et qualiter ille de Mimiano dedit totam suam mansnatam Ecclesiæ Aquilegiensi & de territorio sub Castro Veneris, assignato Domino Patriarche.

In XVI. Et investitura Petrepilosæ jure Feudi.

In XVII. Et de *Molendino* in Hystria concesso Josepho de Prato jure Feudi.

CAPITULUM

De feudis Domini Patriarche & Aquil. Ecclesie & eorum recognitionibus specialiter in Patria Forijulii & ejus confinibus juxta librorum antiquorum continentiam & tenorem.

IN HISTRIA.

MARINUS filius quondam Hermani de Pinguento recognovit habere ab Ecclesia Aquilegiensi medium molendinum sub Pinguento, & medium mansum in Pinguento jure, recti, & legalis Feudi. Item jure Feudi habitantie Castri Veneris quoddam *Erdimon* domorum in Castro Castroveneris. Item medietatem

tatem quorumq. mansorum & medii in villa de Cirpan super Carstis. Item medietatem quinque mansorum & medii in villa de Cabilaglana super Carstis ut de iis constat publico instrumento scripto anno Domini millessimo trecentesimo. Signato ....

D. Massus dictus Forella de Castro Polæ recognovit habere se simul pro indiviso cum suis consanguineis Dominis Petro & Nicolao de Castro Polæ ad rectum & legale feudum ab Ecclesia Aquil. villam Rosani, villam Turciglani & Tabellionatum Polæ & quod nemo potest exercere exercitium Notariæ in Civitate Polæ & ejus districtu nisi fuerit primo per eosdem presentatus in . . . . . . sive comune dictæ Civitatis ad dictum officium exercendum. Item quod aliqua charta venditionis alicujus rei immobilis, aut testamentum sive alterius ultimæ voluntatis non auditur in jure, nisi fuerit manu unius ipsorum roborata, & de hoc constat publico instrumento anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono. Signato . . . . 1292.

Petrarcha de Mugla recognovit habere a dicta Ecclesia Aquil. ad rectum & legale pheudum habitantie quoddam sedimen domorum in Castro Castri Veneris introitu portæ ad manum sinistram. Item quatuor mansos in villa Oren superiori. Item sex mansos in villa Valzach., quatuor sero assentatos & duos dissentatos & de hoc patet publico instrumento scripto anno domini 1300. Signato . . . .

Federicus in villa de Pas in Histria confessus fuit habere ab Ecclesia Aquil. in feudum dictam villam de Pas cum suis pertinentiis ut patet instrumento publico scripto anno domini 1300. Signato . . .

Musaltus quondam Misini de Castro Veneris recognovit habere in feudum rectum & legale a premissa Ecclesia Aquil. in villa de Picdris ultra Hontium unum mansum, & in villa de Flumicello unum mansum. Item jure feudi habitantiæ unum sedimen domorum in Castro Castri Veneris. Item in villa de

Turri.... duos mansos & medium. Item in villa Sachazani duos mansos & de hoc constat publico instrumento scripto anno Domini 1399. Signato . . . .

D. Almerinus dictus Verzius quondam Domini Guerzii de Justinopoli pro se & procuratorio nomine Domini Petri fratris sui recognovit habere in feudum ab Ecclesia Aquil. terras, campos cultos & incultos, vineas, & domos quas tenebat & possidebat quondam Faber civis justinopolitan. & omnia jura & rationes ad ea de jure spectantia & competentia, quæ sunt in Civitate Justinopoli & extra ea in . . . de insula prope Justinopolim, & extra & in earum districtibus, sicut apparet publico instrumento scripto anno Domini 1300. Signato . . . .

D. Arthoicus quondam Evdulj de Domino Arthoico de Parentio recognovit habere ab Ecclesia Aquil. in feudum terram spectantem habitatam, & inhabitatam in Civitate Parentina sicut apparet instrumento publico scripto anno Domini 1300. Signato . . . .

Sardius filius qu. Domini Almerici militis de Sandio de Justinopoli pro se ac principale Gregorio Johanne & Almerico fratribus suis recognovit habere in feudum ab Ecclesia Aquil., quod olim pater & progenitores sui tenebant a Mimiglan quod feudum videbatur esse ejusdem Ecclesiæ Aquil. videlicet Villam Trebesegneberd jacentem in districtu & confin. Justinopol. cum omnibus suis juribus ac rationibus quam villam asseruit tum fore occupatam, & violenter detineri salvo omni suo jure &c. ut de predictis constat publico instrumento rogato an. Domini 1300. Signato . . . . .

De certis recognitionibus feudorum refutationibus & juribus bonorum Aquil. Ecclesie tam in Patria & pertinentiis Forijulii quam etiam extra ipsam Patriam de quibus apparere debent instrumenta manu qu. Johannis de Lupico notarii patriarchalis scribæ tempore bonæ memoriæ Dominorum Gregorii & Raymundi Patriarcharum Aquil.

1252. Agnes uxor qu. Cydre de Pinguento nomine puræ donationis quæ dicitur inter vivos pro remedio animæ suæ tradidit ac concessit Ecclesiæ Aquil. omnia sua mobilia ac immobilia realia & personalia ubicumq. sint in Castro & territorio de Pinguento.

Item 1254. Dominus Patriarcha Greg. investivit Dominum Guerzium de Civitat. Justinopol. Gastaldionem suum in Civitat. ipsam ad rectum & legale feudum de omnibus possessionibus terris campis cultis & incultis vineis domibus, que tenebat ac possidebat qu. Dominus Faber Civis Justin. sitis in Justin. extra, & in loco de Insula tali quidem conditione & pacto quod dictus Dominus Werzius & sui heredes de tertio in tertium annum teneantur pro supradictis omnibus reddere dicto Domino Patriarche & March. & suis successoribus; qui pro tempore fuerint in canippa sua de Castro Veneris sex staria frumenti ad mensuram Justin.

Item 1256. Johannes Sigomanii de Mugla nomine puræ & irrevocabilis donationis quæ dicitur inter vivos dedit & concessit Domino Gregorio Electo Aquil. pro se & nomine Aquil. Ecclesiæ recipienti quartam partem suæ domi & curtem pro indiviso positas in castro Muglæ, cujus domi & curtis fuerunt quondam Domini Falcherii de Dorembergh.

Item 1294. D. Patriarcha investivit Almericum filium qu. D. Dietmari de Pirano de feudis suis quæ ipse & antecessores sui habuerunt ab ipso & Ecclesia Aquil. Quod quidem feudum idem Almericus esse dicit totum territorium quod est circa Ecclesiam S. Odorlici in Contrata quæ dicitur Inzulum cujus ii sunt confines: ab una parte est fluvius, ab alia parte est larsum Pirani.

Item instrumentum habens duo sigilla continens compromissum & pronunciationem factam inter D. Patriarcham Bertholdum & communitat. Civitatis Polæ 1233. sub signo . . . .

Item Instrumentum qualiter D. Patriarcha Gregorius in-

vestivit ad rectum & legale feudum Valconum de B. . . . . & Zenerum suum de Comuni de Venetiis de omnibus possessionibus quæ fuerunt quondam Jedix de Pinguento & Uxoris Binde 1253. sub signo . . . .

Item instrumentum quando D. Patriarcha G. cassavit electionem factam per comune Pirani de Domino Vando de Vilaco Cive Justinop. in eorum Potestatem pro eo quod electionem ipsam non fecerunt de licentia dicti Domini Patriarchæ, & postremo ad preces dicti comunis & consilii dedit eis in potestatem auctoritate propria pro uno anno in 1253. Signat. . . .

Item instrumentum venditionis factæ per D. Conradum Episcopum Tergestinum Domino Patriarche Bertholdo de universis suis terris . . . & juribus suis in Morrav. & Crember. 1229. sub signo . . . .

De certis Privilegiis instrumentis & juribus Aquileg. Ecclesie in partibus Histriæ & Civitatibus ac terris ibidem.

Imprimis instrumentum publicum donacionis factæ Ecclesie Aquil. de tota Istria exceptis quatuor Castris per Valdericum filium quondam Valderici Marchionis & Adeleytam jugales in 1100. sub sig. . . .

Item transcriptum Imperatoris Friderici quo sententiatum extitit coram eo quod Cives Polen. qui proscripti ab ipso fuerant non possent ab ipsa proscriptione extrhai, nisi prius satisfacerent Patriarchæ Aquileg. ad cujus querimoniam sunt proscripti. Dat. 1232. sub signo . . . . .

Item instrumentum emptionis cujusdam Casalis & unius horti siti in Castro Vallis factæ per D. Patriarcham Raymundum in 1285. sub signo . . . .

Item instrumentum qualiter D. Cinus Procurator D. Patriarchæ Raymundi per totam Histriam percepit dominis Elizeli & sociis Consulibus Polæ ac D. Nassinguerræ & consilio dictæ Civitat. quod cum Ecclesia Aquil. habeat mixtum & merum imperium in civitat. ipsa quendam qui missus fuerat ibi pro Cousule per Ve-

netos in Civitat. ipsa, nec ipsam stare ibid. nisi relicto hujusmodi Consulat. officio sub 1205. sig. . . .

Item aliud instrumentum qualiter dictus Cinus nomine prefati Domini Patriarche precepit omnibus habitatoribus Castri Veneris quod usque ad certum terminum quilibet eorum habeat unum equum de armis & cum suis famulis teneant cum loco & foco in suis habitantiis dicti Castri sub pena amittendi gratiam dicti Domini Patriarche & suas habitantias 1286. sub signo . . . .

Item transcriptum Privilegii Imperatoris Friderici qualiter quandam pacem, & concordiam factam inter Patriarcham Bertholdum & Justinopolitan. confirmavit 1238. sub. signo . . .

Item instrumentum qualiter gentes dicti Patriarche dissegraverunt Castrum de Mucho Potestati & Comuni Tergesti, recepta promissione & obligatione ab eis sub pena duarum millium marchar. Argenti de restituendo dictum Castrum Domino Patriarche Aquileg. cum fuerit electus & confirmatus: sub anno 1269. sub signo . . . .

Item instrumentum venditionis factæ Domino Patriarche Greg. de quarta parte Castri de S. Georgio sub anno Domini 1260. & signo . . . .

Item instrumentum venditionis factæ Domino Patriarche de tribus partibus Castri de S. Georgio sub 1260. & signo ...

Item instrumentum compositionis factæ inter Dominum Patriarcham Bertholdum, & Polen. sub tribus sigillis anno Domini 1233. & signo . . . .

Item instrumentum qualiter quidam Cives Justinopolitani juraverunt coram Potestatem dictæ Civitatis dare operam bona fide ad conducendum Dominum Marchionem in dictam Civitatem & quod ipsi cum omnibus amicis suis dabunt consilium . . . . dicto Marchioni in consequendo jure suo in dicta Civitate: sub anno Domini 1210. & signo . . . .

Item instrumentum donationis factæ de Castro Portalensi

Aquil. Ecclesie per Dominum Vadalricum filium Valrici Marchionis in 1102: sub signo . . . .

Item instrumentum qualiter dux Henricus donavit Ecclesie Aquil. Castrum suum situm in Comitatu Histrie in loco qui dicitur Rivin anno 1102: sub signo . . . .

Item transumptum privilegii Henrici Regis per quod donavit Aquil. Ecclesie Pettinam & Pisinum sub 1012. & signo . . . .

Item instrumentum pacis factæ per Dominum Patriarcham Bertholdum & homines de Parentio 1031. sub signo . . . .

Item instrumentum procurationis factæ per Dominum Patriarcham Gregorium ad recipiendum omnia bona donationis & ad quoquomodo tradenda Aquil. Eccl. in castro & Territorio Pinguenti sub anno 1282. sub sign. . . . .

Item instrumentum donationis factæ Aquil. Eccl. per Agnetem uxorem quondam Jadre de Pinguento de omnibus suis sit. in Castro Pinguenti & ejus territorio in dicto millesimo signo predicto.

Item instrumentum donationis factæ Aquil. Ecclesie per Lutum Nepotem quondam Jadre de Pinguento de omnibus bonis sibi dimissis in testamento dicti quondam Jadre ubi ea haberet in Pinguento & ejus territorio in millesimo predicto sub dicto signo. Sunt enim omnia ista tria instrumenta in una petia Carte.

Item quædam cartula in qua scripta sunt statuta Histriæ sub signo . . . .

Item instrumentum qualiter Dominus Vincerus de Pisino obbligavit & dedit in manibus Domini Patriarche Gregorii villas S. Viti, Adalach, & Poscenach quas habebat in feudum rectum & legale ab Ecclesia Aquil., ita tamen quod dictus Dominus Vincerus de Castro de Sobenerlo faciat mandatum ipsius Domini Patriarche quod per se fecerit vel per nuncium infra 15. dies postquam susceperit mandatum de destruendo sive aliud faciendo sub 1258. sub signo . . . .

Item instrumentum habens duo sigilla de compromisso & pronunciatione inter Dominum Patriarcham Bertholdum & Justinopolitan. quod ipsi possint eligere Potestatem dictæ terre quem voluerint, dummodo sit de Histria & Forijulii & talis persona quæ sit in gratia Domini Patriarche in 1239. sub signo. . . .

Item statuta Histriæ in . . . . pubblica confirmata & de novo facta per Bertholdum Patriarcham in 1266. sub signo . . .

Item instrumentum compromissi & sententiæ lectæ per Dominum Patriarcham Bertholdum inter Comune Justinopol. & Comune Pirani in 1231. sub sign. . . .

Item instrumentum compromissi facti per Dominum Patriarcham Bertholdum ex parte una, & Wasolongam de Decerino pro se & filio suo ex altera, de quoddam territorio sito sub Castro Veneris 1254. sub sign. . . .

Item instrumentum procuratorii facti per Comune ville Valt. ad intelligendum, audiendum, & observandum verba & precepta domini Patriarche Gregorii & ad jurandum si voluerit & securitatem faciendum in anno 1265. sub sign.....

Item instrumentum cessionis factæ Patriarche Raymundo per Episcopum Tergestin. de decima super redditibus sibi debitis in Mugla & ejusdem terre districtu 1295. sub signo...

Item Privilegium Friderici Regis de donatione facta Ecclesie Aquil. de villa Srengi in Histria sub dat. 1060. & sign...

Item Privilegium Henrici Regis de donatione facta Ecclesie Aquileg. de Episcopatu Parentino sub signo . . .

Item Privilegium Henrici Imperatoris ut Patriarcha Aquilejensis libere possit eligere Episcopum Polen. dat. 1093. sub sign. . . .

Item Privilegium Henrici Imperatoris super donationem per eum factam Aquil. Ecclesie de Episcopatu Tergestin. sub dat. 1082. sub signo . . .

Item instrumentum donationis Castri de Nigrignano sito

in Histria factæ Ecclesie Aquileg. per Johannem filium quondam Rotolfi an. Domini 1196. sub sign. . . .

Item transcriptum Privilegii donationis factæ per Henricum Imperatorem Aquil. Ecclesie de Episcopatu Polen. sub dat. 1094. & sign. . .

Compromissum factum in Dominum Maynardum Comitem Goritiæ inter Dominum Patriarcham Aquil., & Justinopolitan. de sententia lata per ipsum Comitem super electione Potestatis Justin. 1239.

Item quoddam instrumentum publicum qualiter Arthuicus de Castro Pirano cum Bona uxore sua dedit Castrum Veneris Valdorico Marchioni Histriæ, an. Henrici Regis v. Ind. XIII. sub sign. . . .

Item quædam ordinationes factæ in Hystria per Dominum Patriarcham Berthold. de voluntate provincialium omnium Hystrie in una Carta signata hoc signo . . . .

Item instrumentum certarum promissionum factarum per quosdam Justinopol. Domino Patriarche Bertholdo an. Domini 1238. Ind. II. signat. hoc signo . . .

Item instrumentum presentationis litterarum Imperialium Comuni Polen. per quas citantur, scriptum an. Domini 1230. ind. V. signat. hoc signo.

Item instrumentum quo Potestas & Comune Polle responderunt & mandaverunt Domino Patriarche Gregorio quod ipsi eum libenter & reverenter reciperent si venerit 1252. ind. X. sub hoc signo . . .

Item quoddam instrumentum cujus littera ita est deleta quod legi non potest de Comunibus Insulæ & Pirani. Signat. hujusmodi signo . . . .

Dominus Ulricus de Mimilano dedit totam suam masnatam Ecclesiæ Aquil. Instrumentum factum anno Domini 1295. ind. VIII. signat. hoc sig. . . . .

Donatio S. Siri facta per Vadalricum & Marchion. Hystriæ

triæ Ecclesie Aquil. an. dominicæ Nativitatis 1101. ind. XIII. Instrumentum signatum hoc signo . . . .

Confirmatio Compromissi facti in G. Patriarcham inter Comune Parent. & homines de Montona. Instrumentum an. Domini 1218. ind. I. signatum hoc signo . . .

Compositiones & Pax factæ inter illos de Pirano per Dominum G. Patriarcham. Instrumentum sigillatum sigillis ipsius Domini Patriarche & Comuni Pirani. Signatum hoc signo . . .

Cartula certorum pactorum & juramentorum & ordinationum Domini V. Marchionis Histriæ Giuselpretti Comitis, & Episcoporum & Magnatum Hystriæ. Signatum hoc signo . . .

Item instrumentum emptionis unius domi in Civitate Polæ per Dominum Greg. Patriarcham 1263. signat. hoc signo ...

Restitutio dignitatis Episcopalis Justin. signata hoc signo ...

Compromissum factum per Justin. in Dominum Bertholdum Patriarcham de guerra quæ erat inter ipsos & Piran. anno Domini 1231. ind. IV. signat. hoc signo . . .

Preceptum pro parte Domini Ray. Patriarche factum Piran. ut non recipiant aliquem Venetum in Capitaneum vel Potestatem absq. ipsius licentia 1283. signat. hoc signo . . . .

Procuratorium hominum de Raijno ad attendendum & observandum mandata Domini G. Patriarche 1265. ind. I. signat. hoc signo . . .

Instrumentum quo homines de Montona posuerunt totaliter & . . . . voluntati & dominio Domini Patriarche Raj. & Ecclesie Aquil. 1276. signatum hoc signo . . . .

Statuta hominum de Montona sub hoc signo . . . .

Commissum factum in Comune Goriciæ per Dominum Berthol. Patriarcham & homines Polen. super jurisdictione Polen. 1233. signat. hoc signo . . . .

Sententia lata per dictum Comune inter dictum Domin. B. Patriarcham & Polen. an. Domini 1233. signat. hoc signo ....

Instrumentum quo Episcopus Emonen. recepit juramentum

a Polensibus super pace & compositione facta in er o inum Ber. Patriarcham & ipsos Polen. 1232. sub tali s gn . .

Instrumentum quo Piranenses petiverunt Pote a m a Domino Patriarcha Gre. qui eis concessit Potesta em a. . Domini 1252. signat. hoc signo . . . .

Expignoratio villæ S. Syrici qua n Domi ius B aq iinus habuerat in pignore seu patei ejus D mino R.y. Patriarcha pro VI. libris 1298. sub tali signo . . . .

Instrumentum quo Ep scopus Terg stin. ve dedit Patriarche Fer. & Ecclesie Aquil. villam de Cieunies & Morani 1229. ind. ecunda signat. hoc signo . . . .

Instrumentum qualiter Patriarcha habet jus in Turri & Ca tro Pole pretex u cujusdam pe mutationis factæ inter Dominum Patriarcham & Episcopum Polen. 1252. Ind. X. tali signo . . . .

P cta inter Dominum . . . . . Patriarcham & Paysanos Hy tr æ . nstrumentum anno Domini 1217. signatum hoc signo . .

Concordia electionis Gastaldionis Domini Patria che in Civitat. Justinopol. Instrumentum an. Domini 1213. ind. XI. sub tali signo . . .

Item plura instrumenta in uno volumine ligata super electionibus Potestatum Hystriæ, quorum primum est qualiter Comune Pirani supplicaverunt Domino Gregorio Patriarchæ quod eis dare deberet Potestatem, ad quorum preces de speciali gratia dedit Giraverum de Villaco Justinopolit. cive in Potestatem & hoc est an. Domini 1252. ind. X. signatum hoc signo . . . .

Item qualiter Patriarcha habet potestatem eligendi Gastaldionem suum in Ju tin. quemcumque voluerit de Civibus Justin. sedendo in sede sua in eadem Civitate pro tribunali &c. & qualiter Dominus G. in eadem Civitate sedit pro tribunali &c. an. Domini 1253. ind. XI. sub hoc signo . . . .

Item aliud instrumentum qualiter Procuratores hominum de Pirano supplicaverunt Domino G. Patriarche quod eis confirmaret Potestatem Dominum Guarnerum de Gillato & quod non fuit in electione dicti Potestatis requisitus dictum electionem cassavit sed tamen ambassiatorum dictorum de Pirano supplicationibus inclinatus dictum Dominum Guarnerum in Potestatem Pirani confirmavit, & concessit 1254.

Item instrumentum de certis feudis concessis in Justin. per Domin. G. Patriarcham certis de Justin. ad vitam ipsius dicti Patriarche tantum 1254. ind. XII. sub hoc signo . . . .

Item qualiter Comune Justin. supplicaverunt Domino G. Patriarche quod eis daret verbum, & licentiam habendi Potestatem de Venetiis pro anno venturo, quorum supplicationibus idem Dominus Patriarcha inclinatus eis concessit licentiam habendi Potestatem de Venetiis ipso an. Domini 1258.

Item unum instrumentum continens qualiter Comune & homines Piranen. supplicaverunt Domino G. Patriarche Aquil. ut daret eis licentiam eligendi pro anno futuro Potestatem & ipsius Potestatis electionem, ac etiam confirmationem. Similiter in eodem instrumento continetur quod Comune & homines de Montona supplicaverunt Domino Patriarche de Potestate an. Domini 1258. sub hoc signo . . . . .

Item instrumentum aliud simile de Potestate Muglæ eodem anno & tali signo . . . .

Item simile instrumentum de electione Potestatis Pirani eodem anno & tali signo . . . .

Item instrumentum continens ut supradictum est de Potestate Parentii & in eodem de Potestate Sancti Laurentii 1261. tali signo . . . .

Item instrumentum qualiter Dominus Greg. Patriarcha inhibuit Ambassiatoribus Comunis Pirani ne eligerent aliquem Rectorem in Pirano nisi de ejus tantum licentia 1261. tali signo . . . .

Item instrumentum super electione Potestatis Parentii & confirmatione 1262. hoc signo . . . .

Item instrumentum qualiter Domin. G. Patriarcha inhibuit Comuni & hominibus de Mugla ne mitterent aliquos homines armigeros in subsidium Venetorum 1262. sub hoc signo . . .

Item instrumentum qualiter Comune & homines Polen. supplicaverunt D. Patriarche ut daret eis vel eorum Procuratoribus Potestatem Polen. & electum confirmaret & ipsius Potestatis confirmationem 1262. sub signo . . . .

Item adhuc instrumentum super electione Potestatis Parentii 1263. hoc signo . . . .

Item instrumentum super electione Potestatis Montone 1263. hoc signo . . . .

Item instrumentum qualiter Domin. G. Patriarcha comisit vices suas Domino Sinisio militi suo dandi licentiam eligendi Potestatem in Montona, electum confirmandi & miss. . . . . recipiendi a Comuni Montone idoneam securitatem quod ipsi Domino Patriarche & Ecclesie Aquil. prestabant contra omnem Personam, & hominem qui faceret contra honorem & statum ejus & S. Ecclesiæ 1263. sub hoc signo . . . .

Item instrumentum super electione Potestatis Polen. & ejus confirmatione, & similiter in eodem instrumento de electione Potestatis Muglæ & confirmatione 1266. hoc signo .....

Item instrumentum super electione Potestatis Parentii & ejus confirmatione 1263. hoc signo . . . .

Item instrumentum super eadem 1265. hoc signo .....

Item instrumentum super electione Potestatis Muglæ & in eodem instrumento continetur de electione Potestatis Bald. 1257. sub hoc signo . . . .

Item unum privilegium Friderici Imperatoris cujus sigillum est fractum: inter cetera continetur de regalibus Episcopatuum Histriæ 1220 & transcriptum similiter hoc signo . . .

Item Procuratorium comunis Vallis ad supplicandum Do-

mino Patriarche quod det eis licentiam eligendi Potestatem in loco Vallis pro isto anno 1274. signatum hoc signo . . . .

Qualiter Conradus advocatus de Castellano contulit de suo proprio Ecclesie Aquil. XVIII. Masseritias ibidem 1102. signatum hoc signo . . . .

Privilegium Friderici Imperatoris de confirmatione Pacis & Concordiæ inter Dominum B. Patriarcham & Justinopol. 1238. sub hoc signo . . .

Transcriptum Privilegii Henrici Regis de Villa Streng. in Hystria hoc signo .

Instrumentum unius Molendini juxta castrum Veneris 1244. hoc signo . . . .

Privilegium Henrici Regis de XX. Massaritiis datis Ulderico Marchioni in certis locis Histriæ sit. Pingone Bagnol Ruisn & aliis 1060. hoc signo . . . .

Transcriptum Privilegii Friderici Imperatoris qualiter dux Moravie cessit in petitione quam faciebat Domino Patriarchæ B. super Marchion. & Comitatum Hystriæ 1230. . . . .

Transcriptum Privilegii Ottonis IV. qualiter Dux Bavariæ per definitivam sententiam cessit Marchionatum & Comitatum Hystriæ & qualiter dictus Otto Val. . . . Patriarch. & Ecclesie Aquil. in plena curia confirmavit 1208. sub hoc signo . . .

Transcriptum sententiæ latæ contra Polen. per Federicum Imperatorem quia erant rebelles Domino Patriarche 1232. sub hoc signo . . . .

In Rotulo signato M. continentur infrascripta Instrumenta.

Investitio habitantiæ unius de Castro Veneris facte Musate quondam Livisinii de Civitate quam sibi acceperat olim Domin. R. Aquil. Patriarcha cum certo pacto.

Investitio facta Domino Nassinguerræ dicto Furreli de Castro Pole Nicolao, & Petro ejus consanguineis de jure eo-

Assignatio Castri de Mugla cum suis fortiliciis per Dominum Guidum de Villalta facti Vicario Domini Patriarche.

Qualiter Dominus Patriarcha protestatus fuit, & de Ambassiatoribus Venetorum quod se paratum exhibebat compromitti in Dominum Papam super questione terrarum in Hystria.

Comissio officii Marchionatus Richarie Hystrie A. . . . de Corisaco.

Qualiter Dominus Patriarcha fecit suum Procuratorem Nicolaum de Budinn. de Placentia ad exigendum & colligendum ab hominibus & Comuni de Mugla tam vinum quam oleum & certam quantitatem bladi . . . . seu vinum pro ipso blado tam de presenti quam de futuro.

In Rotulo signato O continentur infrascripta Instrumenta.

Investitio facta Merlico Procuratori Domini Petri filii quondam Domini Vorcii de Justinopoli de juribus eorum.

Investitio facta Domino Vicardo de Petra Pilosa, Pelegrino, & Desaleo de Castro Veneris de juribus eorum.

Item in Rotulo signato V. continentur infrascripta Instrumenta.

Item quoddam Instrumentum in quo continetur quomodo Dom. Patriarcha Ottobonus fuit confessus habuisse a Domino Petro de Pola Marchione Hystriæ tria millia & quingent. librar. par. pro juribus Marchionatus predicti instantis anni. Carta per Franciscum Nasutti in 1307. die XIV. exeunte Octobre.

In Rotulo signato Y continentur infrascripta Instrumenta.

Investitio facta Domino Girardo de Petra Pilosa Procura-

ratori Domini Henrici de Pisino de Villa de Calron cum mansis & omnibus pertinentibus ad dictam Villam ad rectum & legale feudum. Carta manu Francisci Nasutti 1307.

Privilegia data in depositum & servat. Paynino de Florentia de societate Capanor.

Imprimis Privilegium de Ducatu, & Comitatu Forijulii & de Regalibus Episcopatus Hystriæ concessum per Dominum Federicum Imperatorem in 1214. ind. II. die VII. exeunte mense Februario cum bulla aurea.

Item Privilegium cujusdam sententiæ latæ in Curia Imperatoris Federici sed. sicut jurisdictio totius Hystriæ spectat totaliter ad Dominum Patriarcham in 1231. sub bulla aurea.

Item Privilegium de Marchionatu Hystriæ & Carniolæ concessum per Ottonem Imperatorem in 1208. cum bulla aurea.

Item Privilegium de Carniola & Hystria per Henricum Regem concessum in 1067. cum bullis aurea, & cerea.

Item Privilegium de renunciatione per Ottonem Ducem Moraviæ facta de Comitatu Histriæ & Carniolæ concessum per Federicum Imperatorem in 1230. cum bulla aurea.

Item Privilegium per Federicum Imperatorem quod nullus de Forojul. vel Hystriæ intromittat se de jurisdictione sanguinis vel aliis criminalibus causis sine licentia Domini Patriarche in 1228. cum bulla cerea.

Item Privilegium largissimum donationis de Comitatu Hystriæ concessum per Henricum Regem in 1077.

Item Privilegium de Marchia Hystriæ & Carniolæ concessum per Dominum Imperatorem in 1207. sub bulla cerea.

Donazione di un molino fatta da Gerardo Patriarca al monistero di S. Pietro di Carso.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Anno Incarnationis Dominicæ MCXXV, Indiction. tertia. Noverit omnium Christi fidelium tum præsentium ætas, quam futurorum posteritas, qualiter ego Gerardus Aquilejensis Patriarcha considerans cum infirmitate, & fragilitate humanæ naturæ suæ stabilitatem retributionis æternæ, proposui, & statuti mecum commissas mihi Ecclesias pro tempore, & loci qualitate sublevare: & de sinu matris filiarum necessitate substentando adjuvare. Ut Ecclesia ergo mea discreta dispensatione redimatur, decrevi quoddam Molendinum juxta Castrum nostrum Pinguentum..... & in Laimis situm Monasterium S. Petri Apostoli in Carso dare & prece humili fidelis nostri Ottonis, illius loci religiosi Abbatis, pro traditionis Carta & nostri impressione sigilli confirmare. Concedimus igitur, & damus supradictæ Ecclesie S. Petri de Carso Molendinum quod videbatur habere Martinus presbiter de Pinguento in Laimis proprietario jure. Quatinus Abbas, suique successores in futurum ibi Deo, & S. Petro servientium substentationi, pro qualitatis discretione distribuat. Siquis vero huic nostro operi misericordiæ contraire (quod non credimus) temptaverit, vel violare non timuerit, Deus omnia continens, omnia providens, ipse dijudicet. Hanc quoq. nostræ donationis largitatem corroborare volentes, subtus nostri sigilli impressione insigniri jussimus.

Ego *Gerardus* Dei gratia Aquilejensis Patriarcha m manu propria subscripsi tt. prepositus Civitat. in Abbat. Sancti Mar.

Hujus rei testes Munardus Advocatus Johannes Vicedominus Varic. .... de Titian. Corumo de Carisac. de Casuler. Valcon. Jon. de Aquileja. Bertolfus Henricus de Osopo.

Ego Johannes Magister scolarum Aquilejæ rogitus subscripsi &c.

Donazione del Monistero di S. Pietro di Carso, e beni al medesimo spettanti fatta dal Pellegrino Patriarca all' Abbate Vitale, e Monaci di S. Nicolao di Venezia. Anno MCXXXIII.

In nomine Dei æterni Amen. Anno Dominicæ Incarnationis millesimo CXXXIII. Indictione X. Noverit tam præsentium, quam futurorum posteritas qualirer ego Pellegrinus Dei gratia Aquilejensis Patriarca considerans fraternam charitatem ac dilectionem quam Antecessor meus piæ memoriæ Udolricus habuit cum Ab., & fratribus S. Nicolai de Venetia, nec non discernens Aquilejensem Ecclesiam ipsorum bonorum & Deum timentium Confratrum S. Nicolai indigere sedula apud Deum oratione, & deprecatione, proposui prædicti Monasterii religioso & Venerabili Abbati V., suisque Confratribus ibidem militantibus, charitatis proventu subvenire, & debitores orationis beneficii collatione Aquilejensi Ecclesiæ, meisque successoribus facere. Comunicato igitur consilio Archidiacono . . . . & cæterorum Confratrum Clericorum meorum, & Advocati Mainardi Monasterium quoddam S. Petri de Carso sine damno Aquilejensis Ecclesiæ, meorumque successorum Cœnobio S. Nicolai amore & charitate Ven. Ab. Vitalis, atque omnium Confratrum ejusdem Cænobii pro statu Ecclesiæ Aquilejensis, & salutis animæ meæ, meorumque successorum facienda, trado, dono, & cum omni pertinentia sua, & ejus confines, & Pinguento cum pascuis, pratis, campis araticiis, sylvis, piscationibus, venationibus, & cum adjacentis cultis, & incultis, juri, & potestati Cænobii S. Nicolai possidendum, habendum, perpetuoque tenendum mancipio, salvo jure & reverentia Aquilejensis Ecclesiæ. Ad recordationem quoq. futuræ posteritatis, & stabilitatem, seu firmitatem hujus nostræ donationis, vel contractationis, statuimus Dominum Abbatem Vitalem ex comuni sententia tam nostræ scilicet, quam Abbatis omni anno in as-

sumptione S. M. Virginis duas libras incensi super altare ejusdem Gloriosæ Virginis dare. Advocatus vero noster Mainardus prece religiosi Abbatis Vitalis, quicquid juris advocatiæ suæ in prædicto Monasterio S. Petri de Carso videbatur obtinere, per manus ipsius Abbatis refutavit; quatinus fratribus S. Nicolai cænobio servientibus pro temporis qualitate, discretione rerum, habundancius ipse Abbas, suiq. successores possint ministrare. Hanc itaque nostræ donationis, seu contractationis chartam firmam & stabilem volentes permanere, nostri sigilli impressione insigniri jussimus humiliter deprecantes nostros successores firmare, & stabilire quæ fecimus. Si quis autem nostrorum successorum huic operi charitatis contraire (quod non credimus) temptaverit, aut violare non timuerit, Deus omnia continens, omnia providens, ipse dijudicet. Ego Uldericus Archidiaconus Præsbiter ss. Ego Arhemanus subscripsi. Ego Hezelinus ss. Ego Marquardus Diaconus ss. Ego Lazarus indignus presbiter & Custos ss. Ego Bonifacius manu mea ss. Ego Adam Subdiaconus ss.

Alessandro III conferma una Transazione seguita già fra il Patriarca d'Aquileja, ed il Patriarca di Gradi Anno MCLXXX.

Alexander Episcopus servus servorum Dei Venerabili Fratri ✠ Aquilegen. Patriarche Apostolice Sedis legato Salutem & Apostolicam Benedictionem. Cum (olim) inter Venerabil. Fratrem nostrum Henricum Grad. Patriarcham & procuratores *tuos* (seu bone memorie ✠ predecessoris tui) super Episcopatibus Ystrie quos Patriarcha ipse ad Ecclesiam suam spectare jure metropolitico proponebat super thesauris & possessionibus quondam Graden. Ecclesie coram *nobis & Fratribus nostris* (felicis recordationis Alexandro Predecessore nostro & Fratribus ejus) fuisset diutius litigatum tandem commonitionem nostram (ipsius

predecessoris nostri controversia ipsa de assensu partium per transactionem finem accepit. Quam utique compositionem per Scriniarium *nostrum* (suum) *jubentibus nobis* (te predicto predecessore nostro) in scriptum redacta de verbo ad verbum expressa (ad exemplar ejusdem) ut majorem habeat firmitatem sicut in instrumento publico per manum Johannis Nicolai Philippi Scriniarii confecto continetur auctoritate apostolica confirmamus statuentes nulla privilegia Ecclesie tue seu Gradensis vel alia instrumenta ad suscitandam questionem transactione sopita aliquid ulterius valitura. In nomine Domini nostri Jesu Amen. Anno Dominice Incarnationis MCLXXX. Pontificatus vero Domini Alexandri PP. III. anno XXI. ind. XIII. mense Julii die XXIII.

Cætera Ughellus in Tom. V. Ital. Sacr. p. 1129. publici juris fecit, sed quum pluribus mendis laborent, documenta cum authographo a Josepho Rivio collata, sic expurgamus.

	Ughel.	Authogr.	
linee	25. *in Cenet.*	in Hemulis	pag. 1129.
l.	42. *recipere*	habere	
l.	52. *Eccl. Aquil. dieces.*	videlicet Aquileg. diecesi quam nunc	
l.	61. *ad.*	adversus ipsum.	
l.	4. pro Aquilegen.... tenent vel modo aliquo tenebunt.	per Aquileg. Ecclesiam hodie nomine feudi vel alio titulo tenent vel amodo tenebunt.	pag. 1130.
l.	11. *donamus*	damus	
l.	14. *vestre*	Veronen.	
l.	21. *monete*	Veronen.	
l.	26. *dictæ*	eedem	
l.	29. *Eccles.*	Patriarcha	
l.	50. *Fabrio cum simili*	Flambrio . . . . circa	
l.	61. *renovationes* . . .	renunciationem	

	l.	69. permanente * &	* (deest) renunciatione
pag. 1131.	l.	2. ipsi * Aquil. . . .	* (deest) ☉.
	l.	11. pena * comittatur .	* (deest) 50. librarum :
	l.	11.	* (deest) Hoc Actum est
	l.	12. in presentia * Pape .	* (deest) Domini
	l.	14. Signa * manuum .	* (deest) †††
	l.	15. D. * Henrici . .	* (deest) videlicet
	l.	17. prefati * Aquil. :	* (deest) Domini

(subscriptiones hæ sunt).

Petrus Polensis Ecclesie Episcopus electus testis sic. Johannes Fœlix Domini P.P. subdiaconus testis sic. Ego Johannes Nicolaus Philipp. S. Rom. Ecclesiæ Scriniarius & in presentia . . . . (Domini) Alex P. P. III. & supradictorum Cardinalium & predictorum testium rogatus a Domino . . . . (Grad.) Patriarcha & supradict. . . . . Aquil. procuratoribus scripsi hæc. Nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei & B.B. Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. Tusculan. III. Kal. Aug.

Magister Presbiter de Madalbertis Cremon. Ecclesiæ Canonicus testis. Marcus quondam Ecclesie Canon. & primicerius testis. Johannes Polen. Ecclesie Can. testis. Philippus S. Luce de Venetia testis. Magister Rubertus . . . . Causidicus testis.

Minacia di Scomunica contro Ulrico Vescovo di Petena.
Anno MCCXCV.

R. Dei gratia S. S. Aquileg. Patriarcha dilecto filio Preposito de Pisino Petenen. diec. salutem & benedictionem in Domino. Cum olim Venerabilem Fratrem nostrum Ul. Episcopum Petenen. ad justitiam Leupoldi dilecti Burgensis nostri de Civitate pluries peremptorie citaverimus ut certis diebus,

ac locis responsurus eidem Leupoldo super quadam fidejussione de qua pro eodem Episcopo se obligatum asserit, & dampna plurima incurrisse in nostra presentia compareret: nec idem Episcopus per se vel responsalem aliquem comparuerit in prefixis supra hujusmodi terminis, nec etiam post de gratia per nos diutius expectatus, nos mediante jutitia ipsum Episcopum pronunciavimus contumacem & ei interdiximus ingressum Ecclesie ipso facto. Quare devotioni tue sub excomunicationis pena districte percipiendo mandamus, quatenus in Ecclesia tua diebus dominicis festivis in missarum solempniis denuncies publice prefato Episcopo ingressum Ecclesie interdictum ac etiam eum fore ut *permittitur* contumacem, aliquin contra te procederemus quantum de jure possemus, si in hujusmodi nostris mandatis esses negligens vel remissus.

Dat. Utini III. intrante Jan. VIII. ind.

Scomunica contro il detto Vescovo.

R. Dei gratia S. S. Aquileg. Patriarcha Venerabilibus Fratribus M. Polens. & S. Emon. Episcopis & dilectis filiis . . . Decano & Capitulo Ecclesie Tergest. salutem in Domino. Dudum Ven. Fratrem nostrum Ul. Episcopum Petenensem ad querelam dilecti Burgensis nostri Leupoldi de Civitate pluries recolimus citavisse ut certis diebus & locis responsurus eidem Leupoldo super quadam fidejussione de qua pro eodem Episcopo se obligatum asserit & dampna plurima incurrisse in nostra deberet presentia comparere. Verum eodem Episcopo per se vel per aliquem ligitimum responsalem in hujusmodi sibi peremptorio prefixis terminis, ac etiam post de gratia expectatus diutius minime comparente eodemque Leupoldo ipsi accusante contumaciam, & contra eum petente tanquam contumacem procedi, ac ipsum in expensis legitimis condempnari. Nos mediante justitia ipsum pronunciavimus sententiali-

ter contumacem. Nichilominus eidem peremptorie nostris litteris mandantes denuo ut certis die ac loco in nostra compareret presentia suam super hujusmodi purgaturus contumaciam & prefacto Leupoldo in premissis mediante justitia responsurus. Alioquin ipsi ex tunc ingressum Ecclesie interdiximus ipso facto. Cum igitur idem Episcopus seu procurator eius non curaverit similiter in ipsis terminis comparere, procurator dicti Leupoldi suam iterum contumaciam accusavit petens tanquam contra contumacem procedi contra eum. Nos quoq. iterum pronunciavimus contumacem, & sibi fore ingressus Ecclesie interdictus. Quare Fraternitati vestre per presentes mandamus quatenus in Ecclesiis vestris Cathedralibus vel in aliis in quibus expedire videritis diebus festivis & dominicis in missarum solempniis denuncietis publice per vos, vel alios ipsum Episcopum contumacem & ab ingressu Ecclesie sic suspensum. Recepta vero copia presentium eas reddatis latori earum ut ipsas valeat aliis postea presentare.

Dat. Utini tertio intrante Januario.

„ Lamina di metallo ritrovatasi nel luogo di Ariolo, distante un miglio dalla Città di Capodistria: si rileva come „ Cuniza o Cunegonda di Carintia Superiora del Monistero „ delle Umiliate in Sacele, fuggita per le guerre e persecu- „ zioni di *Ezzelino* di *Romano*, si ricoverò, con altre Suore, „ in detto luogo di Ariolo, o Riolo; dove da *Corrado* Ves- „ covo furono tutte poste in un Monistero a Jova. Dopo „ anni XIIII. e mesi XI. la detta *Cunizza* morì nell' anno „ MCCLXXI. “

Ann. dñi. Millō. cc. lxxi. xiiij.
die tcīodecīo exeūte agusto. viuente.
dño Conrado di gra Epo Justin. Soror.
Cunisa de carinthia virgo d hoc sclo migrauit
q' uita sua dux honeste cū hobediēcia apd Sa
cilū i ordine humiliatar. circa annos. xxii. 7.
ppt psecutiōes 7 crudelitate Guerre Jcelini de Po
mano aduenit. Justinoplitanā puenit cū pluribȝ
glōribȝ suis. 7 tūc supplicāt 7 deuote reqsito noīato
dño Epo de lucecia sui quet⁹ apd ecclam Sci Mi
chael' d' Riolo i Bemitoriū ppriū dnm qmest in
clusa. que ibidē uitā suā iste honeste accaste
dux. icelicio. paupertate. Jeiuniis. uigiliis. abstinētia
cōfessioibȝ. ymnis. 7 orōibȝ multis. annis. xiiij 7 me
sibȝ xi. 7 dieb; duob:.
Cuius aīa p dei mīam cū scīs angelis requi
escat in gloria paradisi. cui pat. Gotfredus
[illegible]

Ottobono Patriarca d' Aquileja commette al Vescovo d' Imola l' elezione del Vescovo d' Emona. Anno MCCCV.

Ven. in Christo Patri Domino . . . . Dei gratia Episcopo Ymolen. Ottobonus eadem gratia S. S. Aquil. Patriarcha sal. & sincere dilectionis affectum. Inter cetera que nostre solicitudini ex injuncto nobis Pastorali officio imminere & convenire noscuntur, oportet nos attente vigilantie diligentiam adhibere ut Ecclesie vacantes nobis subiecte & specialiter Cathedrales viduitatis sue incomoda diutius non deplorent; cum ex vacatione diutina gravia in spiritualibus & temporalibus dispendia potiantur. Hinc est quod cum Ecclesia Emonen. per obitum bone m. . . . . . ipsius Ecclesie Pastore tanto tempore vacaverit nec nobis fuit aliqua de futuro Pastore electio presentata quod ejus est ad nos collatio seu provisio devoluta. Nosque gravibus & diversis Ecclesie nostre negociis prepediti intendere super predictis ut convenit non possimus, Paternitati vestre providendi vice nostra jam dicte Emon. Ecclesie de Pastore plenam auctoritatem . . . . ista vice concedimus potestatem, presentibus post mensem minime valituris.

Bertrando Patriarca conferma la compra, ed il feudo di una Torre e adjacenze nel luogo di Flanone ai fratelli Flabiano e Bartolomeo di Albona. Anno MCCCXXXVIII.

In Christi nomine Amen. Anno nativitatis eiusdem 1338. ind. 7. die 10. mensis Octobris, presentibus Venerabili Viro D. Fratre Giberto Abb. Monasterii Mosacen. ac Nobilibus Viris Dominis Trabotto de Trabottis de Ancona (milite legum doctore) & Osalco de Strasoldo testibus & aliis. Constitus in presentia Rev. in Christo Patris D. D. Bertrandi Dei gratia S. Sedis Aquileg. Patriarche discretus vir Justus de Albona tutor

ut dicebat & tutorio nomine Flabiani & Bartholomei fratrum filiorum quondam Nicolai de Albona nepotum suorum humiliter supplicavit eidem ut cum dictus qu. Nicola dum adhuc vitam ageret in humanis, quamdam Turrim sitam Castro in loco Flanone cum mercato, possessionibus, pascuis, pratis nemoribus, piscationibus, campis & juribus ad Turrim ipsam spectantibus emisset a Nob. viro Carse filio quondam Domini Rodulfi de Pisino, qui turrim ipsam cum predictis juribus & pertinenciis habebat & tenebat in feudum ab Ecclesia Aquileg. emptionem hujusmodi confirmare ac ipsam eo nomine quo supra de dictis Turri & juribus ad feudum investire benignius dignaretur. Qui Dominus Patriarcha ipsius supplicationibus inclinatus, credens, & sperans quod dicti Flabianus & Bartholomeus fideles erunt sibi & sue Ecclesie memorate, predictam emptionem ratam & gratam habens ipsam salvo jure Aquilegen. Ecclesie & omnium personarum aprobavit, & etiam ratificavit, dictumque Justum tutorio nomine predictorum fratrum de premissis bonis feudalibus presentialiter investivit in feudum eo jure quo prefatus Carse ac sui progenitores bona hujusmodi antiquitus habuerunt & tenuerunt ab Ecclesia supradicta. Actum Albone in Ecclesia majori dicte terre.

Et ego Odoricus filius quondam Ser jacobi Not. de Cornea Utini habitans publicus & Imperiali auctoritate Not. ex comissione mihi facta per magnif. & Nob. Virum Dominum Robertum Mauroceno dudum pro Serenissimo Ducali Dominio Venetiarum Patrie Forijulii Locumtenentem gratiosissimum prout inveni in notis qu. Ser Cumbertini Not. de Novate Utini habitantis nil addens vel minuens quod sensum mutet seu variet intellectum presens instrumentum rogat. scribere fideliter scripsi & publicavi, meoque signo & nomine solitis & consuetis appositis.

Altra simile conferma dello stesso Patriarca conceduta a Carlo di Orthendorf. Anno MCCCXXXVIII.

In Christi nomine Amen. Anno nativitatis ejusdem 1338. Ind. 7. die 23. mensis Augusti, presentibus Venerabili Viro Domino fratre Giberto Abb. Monasterii Mosacen. nobilibus viris Dominis Hectore de Savorgnano Artico de Prampergo Johanne de Cuchanea militibus, & Stephano Not. de Civit. Austr. testibus & aliis constitutus in presentia Rev. in Christo Patris D. D. Bertrandi Dei gratia S. Sedis Aquileg. Patriarche providens Vir Dominus Guglielmus propositus Ecclesie de Pisino, Procurator & procuratorio nomine Nobilis Viri Domini Karoli quondam Domini Henrici de Orthendorf. de Pisino ad infrascripta spetialiter constitutus prout de procuratorio hujusmodi constat quodam Publico instrumento. Anno, Ind. presentib. die 18. presentis mensis Augusti humiliter supplicavit eidem Domino Patriarche, ut cum ipse Dominus Karolus emerit dimidietatem Castri de Carsano quod fuit Domini Henrici Militis de Pisino Patrui sui cum omnibus juribus & pertinentiis suis, & quod idem Dominus Henricus habebat & tenebat in feudum ab Ecclesia Aquileg. eumdem Procuratorem procuratorio nomine quo supra de hujusmodi dimidietate Castri cum ejusdem juribus & pertinentiis investire benignius dignaretur. Qui Dominus Patriarcha considerans fidelitatem & devotionem quam idem Dominus Karolus gerit ad ipsum & Ecclesiam supradictam & volens eum propterea favore prosequi gratioso predictum Dominum Guglielmum Procuratorem & procuratorio nomine ipsius Domini Karoli per se suosque successores in nomine Aquileg. Ecclesie de supradicta dimidietate Castri cum suis juribus & pertinenciis antedictis ad feudum eo jure quo predictus Dominus Henricus patruus suus illam habebat, & tenebat ab Ecclesia memorata per fimbriam sue clamidis presentialiter investivit, salvo jure Aquil. Ecclesie &

omnium personarum. Dictus quidem Dominus Guglielmus Procurator & procuratorio nomine antedicto statim dicto Domino Patriarche prestitit fidelitatis debite juramentum quod Vassalus Domino suo prestare in talibus consuevit. In quorum testimonium prefatus D. Patriarcha mandavit presens publicum instrumentum perfici per me Notarium infrascriptum, ipsum quoque sui sigilli appensione muniri. Actum in civitate Austrie in palatio Patriarchali.

Et Ego Odoricus quondam Jacobi Notar. de Cornea Utini habitans Publicus Imperiali auctoritate Notarius & comissione mihi facta per magnificum Dominum Robertum Mauroceno pro Serenissimo Ducali dominio Venet. dudum Patrie Forijulii Locumtenentem gratiosissim. prout inveni in notis qu. Ser Cumbertini Notar. de Novate Utini habitatoris nil addens vel minuens quod sensum mutet & intellectum presens Instrumentum rogatus scribere fideliter scripsi & pubblicavi, meoque signo more solito & nomine solitis appositis in premissor. omnium fidem.

Inventario delle rendite, e diritti spettanti alla mensa Patriarcale d'Aquileja scritto da Oderico di Udine An. MCCCLXXXI.

In Christi nomine Amen. Infrascripti sunt introitus ad Aquilegensem Patriarchalem Mensam spectantes per me Odericum de Utino Patriarchalem Cancellarium juxta parvam capacitatis mee memoriam fideliter notati & descripti. Nec non Capitaneatus Castaldiæ cæteraque dictæ mensæ officia. Et pro quanto pretio annuatim communitates vendi solent, seu solebant, salvo pluri, vel minori juxta temporum dispositiones prosperas, & adversas &c.

Marchionatus Istriæ pro libris parvor. m.

Castrum Petræ Pilosæ in Istria habetur, seu possidetur

pignoris nomine sub certis pactis per D. Doymum de Castello, & spectat ad Patriarchalem Mensam.

Terra Muglæ debet annuatim regalia, & decimam vini, & olei, & D. Patriarcha habet ibidem de Potestate, & Rectore ad libitum suum providere tam ex privilegio antiquo, quam ex virtute pactorum inter bon. mem. Dominum M. Patriarcham Aquilejæ ultimo constructorum, & sunt vini urna 1. & olei urna 1. Et insuper virtute dictorum pactorum scriptorum manu quondam Nicolussi Zerbini tunc Patriarchalis notarii tenentur ipsi de Mugla certas pecunias D. Patriarche annuatim persolvere pro officiis supradictis.

Civitas Tergesti aquisita, & redempta per D. M. Patriarcham de manibus Venetorum illam occupantium debet ex pacto & conventione ultra debitam fidelitatem, & obbedientiam per cives ibidem in manibus ipsius Patriarche eorum Sacramento prestito annuatim solvere Patriarchali Mense Ribalii urnas C. & Marc. den. C. Et præter hoc D. Patriarcha, qui fuerit pro tempore habet pro voluntatis sue libito ibidem providere de Capitaneo, & Rectore prout de pactis & conventionibus hujusmodi opponere debet per instrumenta publica manu Jacobi de Fagedii tunc Patriarchalis Notarii &c.

Census annuatim per Venetos debiti occasione jurium & jurisdictionum Istrie, quos tenent ascendit ad Duc. 2m. vel circiter. Gratia vini in Istria quod estimatur in Grado ascendit ad rationem medie M. den. pro anfora ad illam summam de qua fit estimatio & vinum quod debet estimari si ducitur ad illam estimationem capit anforas M. C. X. vel ut idem infra.

Marchionatus Istrie & tota Istria obedire consuevit, & obedivit & privilegiis pleno jure concessis S. Aquil. Ecclesie, ejusq. Patriarchis, & presulibus, qui fuerunt pro tempore, sed Veneti per vim, & potentiam pluribus retroactis temporibus occupaverunt, & occupant plures Civitates, terras, & loca Marchionatus predicti, scilicet Polam, Justinopolim Paren-

tium, Emoniam, Petenam, Montonam, pluraque alia castra, & bona in ipſo Marchionatu existentia, solvendo tamen annuatim parvum, & levem censum ipsi Patriarche, & Pastori pro regalibus juribus, & jurisdictionibus Civitatum, terrarum, & locorum predictorum.

Notandum est tamen quod juxta sententiam arbitrariam alias latam per Dominum Comitem Sabaudiæ in MCCCLXXXI super differentiis vertentibus inter Dominum Regem Hungariæ, Januen., Dominum Paduæ, & Aquil. Ecclesiam ex parte una & Venetos ex parte altera Dominus Summus Pontifex presens, vel qui pro tempore fuerit habet potestatem, & auctoritatem plenariam sententiandi, definiendi, & determinandi super omnibus, & singulis Civitatibus, Terris, & locis supradictis, ut præmittitur occupatis & super juribus ipsorum.

Civitas Tergestina cum auxilio, & favore Januen. extitit scil. in MCCCLXXX. per bon. mem. D. Marquardum Patr. Aquil. acquisita de manibus Venetorum illam occupantium redempta, cum Castris de Mucho, & Muchulano, ipsiq. Patriarchæ pro se & successoribus suis ac vice, & nomine sue Aquil. Ecclesie per Cives dictæ Civitatis prestitum extitit obedientiæ, & fidelitatis plene, & perpetue debitum juramentum ita quod idem Patriarcha, & successores sui perpetuo in ipsis Civitate, & Castris providere poterant, ac debebant de Capitaneo, & Rectoribus pro eorum libito voluntatis ipsorum tamen Civium sumptibus, & præter hoc tenebantur ipsi Cives eidem Patriarchæ & successoribus suis, sive ejus Aquil. Ecclesie de certis censibus annis singulis reddere, prout hæc, & alia instrumentis publicis inde confectis manu Jacobi de Fagedii, tunc Patriarchalis Notarii debent seriosus, & plenius contineri, eorumq. fit mentio in sententia Domini Comitis Sabaudie predicti. Nunc autem propter guerras nimias in Patria existentes & potissime, quia supradictus Dominus Card. . . . & Patriarcha impedientibus nonnullis sibi, & dictæ Ecclesie rebellibus

plenam & debitam Patriarchatus non potuit consequi obedientiam, & debita jura sua Dominus de Duino sibi usurpavit, & usurpat Civitatem, & Castra predicta indebite, & de facto.

Dominus Doymus de Castello, sive illi de domo sua nomine pignorationis tenent Castrum Petre pilosæ ad Mensam Patriarchalem spectans, & ultra hoc per violentiam, & de facto pluribus retroactis temporibus occupavit, & occupat Marchionatum supradictum cum juribus, jurisdictionibus & omnibus pertinentiis suis, in quo Marchionatu ultra occupata per Venetas ut supra notatum est, adhuc extabant & extant castra octo Aquil. Ecclesiæ & Patriarchis qui fuerunt pro tempore obedientiam debitam, & plenam prestantia scilicet Castra de Bulleis, Portulis, Pinguenta, Albona, Flaona, Calmonoccio, & duobus castris.

Terra Muglæ cum omnibus juribus, & jurisdictionibus & pertinentiis suis spectat, ac pertinet ad Aquil. Ecclesiam ejusq. Patriarcham, & Presulem, ubi idem Patriarcha habet, & potest pro voluntatis suæ libito de Potestate, sive Capitaneo, & Rectore providere tam virtute Privilegii Imperialis, & Regalis antiquitus ipsi Aquil. Ecclesie specialiter concessi, prout in registris privilegiorum Capituli ejusdem Ecclesie vidi, & legi, quam & virtute pactorum ultimo contractorum inter bon. mem. Dominum Marquardum Patriarcham, & Cives, & incolas terræ supradictæ, & preter hæc prefati de Mugla annuatim Patriarchali mensæ solvere tenentur pro regalibus, & decimis vinum, & oleum consuetum, ut non certam pecunie quantitatem virtute ipsorum pactorum de quibus apparere debent instrumenta publica & authentica manu quondam Nicolusij Zerbini de Utino tunc Patriarchalis Notarii de in MCCCLXX vel circa &c.

Altro Inventario scritto da Odelrico Susana a' tempi di Marquardo Patriarca. (An. MCCCLXXVI.).

Veneti in Istria.

Certa pacta, conditiones, & jura super multis terris, castris & bonis, que Veneti tenent in Istria & alibi &c.

Salis Castrum.

1308. 4. Ian. . . . . concessionis Castri Salis, sive Salici in Istria cum Villis Cuduglani, & Corniscæ, cum juribus, & jurisdictionibus, & Castri Cornegradi & Bognolli cum Villis pertinentibus, & Villarum Sirici, & de Mugla facte Joanni, & Isavo Fratribus de Cividato apparet in notis Ser Gubertini Notar. tempore D. Nicolai Patriarche &c.

Petra Pilosa, & Varmum.

1299. 11. Mart. D. Vicardus qu. D. Hendrici de Petra Pilosa investivit D. Asquinum de Varmo avunculum suum de Castro Petrepilose, & de Castro Grisignane jure feudi, & de loco Salis cum juribus &c. Ex Antonio Civitaten. Quod castrum Petrepilose ad presens possident Nob. Gravisii Justinopolitani cum titulo Marchionatus &c.

Albona in Histria.

1369. 2. Aug. manu Ser Jacobi Sanfri constant in foliis venditiones Uruspergi qui fuerunt Domin. de Villalta venditorum communitate Civitatis diversis civibus suis.

Item est unum folium in quo constant commemorationes plurium

plurium instrumentorum D. ed Villalta. Habet D. Belfortis.....

Mugla.

1296. 10 Febr. D. Episcopus Tergest. dat in cambium D. Rajmundo Patriarchæ jus Decimæ castri, & burgl Muglæ in blado vino sale vivo, & mortuo, quod excideret debitum D. Urlici de Momilano ec.

Castrum Verm... in Histria.

1355. 4. Aprilis Reverendus D. Antonius Episcopus Tergest. investit Joannem de Castro Verm.. in Histria jure feudi, qui Joannes serviat cum uno elmo bene parato. Ex Gubertin. &c.

Castrum Veneris, & de la Turre.

1247. 5. Aug. Jo. qu. D. Almerici de Jeman de Pirano investitur de suis feudis.

Leo de la Turre habitans in Montefalcono investitur de habitantia Castri Veneris in Histria per D. Bertrandum Patriarcham.

Tergestum.

Pacta inita inter D. Marquardum, & Commune Terg. sub 1380. 13. Jun. Ex Jacobo de Fachis Canonico Patriarchali &c.

Patriarcha, & Episcopus Tergest.

Permutatio de Ecclesia de S. Conciano ultra Isontium cum decima Muglæ inter Patriarcham Rajmundum, & Episcopum Tergest. 1290. 13. Febr. Ex Valter.

Ex Thesauro Aquil. Brevit. except. per D. M. Ant. Nicolaum &c.

Tergestum.

Pax illorum de Tergesto cum Domino Nicolao Patriarcha.

Arnianum in Histria.

1275. D. Antonius filiam qu. D. Conradi de Arniano Histriæ recognoscit multa feuda.

1300 D. Mingesius de Arniano recognoscit Casale, & Castrum Veneris, & alia bona.

Castrum Veneris.

1300. Masinus qu. Arniani de Pinguento recognoscit unam habitantiam in castro Veneris, & alia bona.

Pola.

1292. D. Nassus dictus Forell. de Castro Polæ, pro se, & Dominis Petro, & Nicolao de castro Polæ recognoscunt multa bona, & presertim Tabelionatum de Castro Polæ propter quod nemo in civitate Polæ potest exercere officium notariæ, nisi prius fuerit presentatus per ipsos in arrengo dictæ civitatis, & omnia instrumenta ipsorum, & subscriptione notari debeant.

Castrum Veneris.

1300. Petrus de Mugla recognoscit habitantiam in castro Veneris.

1399. Musatus qu. Luvisini de castro Veneris recognoscit habitantiam in castro Veneris & alia bona.

Verzii

1300. D. Almericus dictus Guerzius qu. D. Guerzii de Justinopoli recognoscit plura bona.

Parentium.

1300. D. Artuicus qu. D. Luduli scil. Domini Artuici de Parentio recognoscit ab Ecclesia plura feuda.

Justinopolis, & Villa TrebesteguebURGH.

1300. Sardius filius qu. D. Almerici de Justinopoli pro se, Johanne, & Almerico . . . . recognoscit in feudum Villam totam de Trebestegueburgh in confinibus Justinopolis: apparet ex Thesauro tunc villam fuisse occupatam, non tamen meminit occupatorem.

Pinguentum.

1252. Agnes qu. D. Zabaniæ de Pinguento donat Ecclesiæ Aquilej. multa bona.

Justinopolis.

1254. D. Gregorius Patriarcha investit de multis feudis, & facit Gastaldionem in Justinopoli D. Verzium Justinopolitanum.

Castrum Veneris.

1289. D. Patriarcha investit D. Jo. de castro Veneris de habitantia castri Veneris.

Castrum novum.

1275. D. Patriarcha investit D. Federicum de Pinzano ad rectum & *legale* feud. de Castro novo, & multis aliis feudis, que idem D. Federicus emerat a D. Stefano ejus Cognato.

Mugla & Dorinbergh.

1256. Johannes Sigomarii de Mugla donat D. Patriarchæ quartam partem suæ domus fitæ in castro Muglæ, quæ fuerat qu. D. Fulcherii de Dorimbergh.

Piranum.

1294. D. Patriarcha investivit Almericum filium qu........ de Pirano de suis feudis.

Pola.

1233. Pronunciatio facta virtute compromissi inter D. Patriarcham ex una, & Civitatem Polæ ex altera.

Piranum.

1254. D. Patriarcha cassavit electionem factam per Civitatem Polæ de Domino . . . . . . de Villaccq Cive Justinopolitano per Piranenses in eorum potestatem ex eo quod ipsa electio non fuerat facta de licentia D. Patriarchæ.

Episcop. Tergestinus.

1229. D. Conradus ..... Tergest. vendit D. Patriarchæ universas . . . . . possessiones, & jura . . . . ad Episcopatum spectantia in Morza, & Creren.

Pola.

1232. D. Federicus Imperator sententiavit cives Polæ

non posse liberari a prescriptione, nisi satisfaciant Patriarchæ Aq. quo conquerente fuerant prescripti.

Vallis in Histria.

1285. D. Patriarcha Raym. emit unum Casale, & unum hortum in castro Vallis.

Pola.

1275. D. Cinnus Procurator D. Patriarchæ per totam Histriam præcepit Dominis Clezali, & . . . Consulibus Polæ, & D. Nasinguerræ, & Consilio dictæ civitatis quod cum Ecclesia Aq. habeat merum, & mixtum Imperium in ipsa civitate non habeant permittere quod quidam, qui per Venetos ibi fuerat missus pro Consule sit in Pola, nec ibi exerceat officium, nisi renunciet ipsum officium.

Castrum Veneris.

1276. D. Cinnus Procurator D. Patriarchæ districte precepit omnibus habitatoribus castri Veneris ut quilibet eorum habeat equum suum armis paratum, & cum suis famulis sub pena ammittendi gratiam D. Patriarchæ.

Pax cum Justinopolit.

1238. D. Federicus Imperator confirmavit pacem factam inter D. Patriarcham, & Justinopolitanos.

Castrum Muco.

1269. Gentes D. Patriarchæ consignaverunt castrum de Muco Potestati, & communi Tergesti accepta promissione, & obbligatione ab eis sub pena 2000. marcharum argenti quod restituent dictum castrum D. Patriarchæ Aquil. quoties D. Patriarcha fuerit electus.

Marchio Histriæ.

1210. Cives Justinopolitani jurant dare operam ut Marchio ducatur in civitatem Justinopolis, & consequatur jus suum.

Castrum Portulanum.

1102. D. Vodolricus qu. D. Valrici Marchionis Histriæ donat Ecclesiæ Aquil. castrum Portulense, sive Portulanum in Histria.

Pedina, & Pisinum.

1012. Henricus Rex donat Ecclesiæ Aq. Pedinam & Pisinum.

Parentium.

1031. Instrumentum pacis factæ per D. Ulricum Patriarcham inter homines de Parentio.

Justinopolis.

1239. Pertoldus Patriarcha contentat quod Justinopoliti possint eligere Potestatem quem voluerint, modo sit de Histria, vel de Forojulio.

Histria

1246. Dominus Pertoldus Patriarcha confirmat statuta Histriæ.

Vallis.

1291. Commune Villæ Vallis Histriæ jurat in verba & D. Patriarchæ.

Mugla.

1295. D. Episcopus Tergestin. cedit D. Raymondo Patriarchæ redditus Ecclesiæ suæ in Mugla.

Federicus Imperator vel Ecclesia Aquil.

1060. D. Federicus Rex donat Ecclesiæ Aq. Villam Stenghi in Histria.

Episcopatus Parent.

1060 Privilegium Henrici Regis factum Ecclesiæ Aq. de donatione Episcopatus Parent.

Episcopatus Polensis.

1193. Henricus Imperator donat Ecclesiæ Aq. Episcopatum Tergest.

Episcopatus Tergestinus.

1032. Dominus Henricus Imperator donat Ecclesiæ Aq. Episcopatum Tergest.

Nigrignomum castrum Histriæ.

1096. Jo. qu. Rautolfi donat Ecclesiæ Aq. castrum de Nigrignomo in Histria.

Castrum Veneris.

Anno Henrici Regis quinto Artuicus de castro Pirani, & Bona ejus uxor donat Valerico Marchioni Histriæ castrum Veneris.

Pola.

1251. Comune Polæ scribit D. Patriarchæ quam libenter accipient, si venerit.

Mimilanum.

1295. D. Valricus de Mimilano dat Ecclesiæ Aq. totam suam masnatam.

Castrum S. Siri.

1101. D. Marchio Histrie Vadarlicus donat Ecclesiæ Aq. S. Sirum.

Parentium, & Montona.

1256. D. Patriarcha concordat homines de Parentio, & Montona.

„ Nota quod tempore Vadalrici Marchionis Histria gu-
„ bernatur per ipsum Marchionem Hengelpretum, & Magnates
„ Histrie.

Justinopolis, & Piranum.

1231. Fuit bellum inter Justinopolitanos ex una, & Piranenses ex altera, super quo fit compromissum in D. Patriarcham.

Piranum.

1273. D. Patriarcha precipit Piranensibus ut non recipiant in Potestatem aliquem Venetum sine licentia D. Patriarchæ.

Ruinum.

1265. Illi de Montona se humiliter submiserunt D. Patriarchæ.

Piranum.

1251. D. Patriarcha dat potestatem illis de Pirano eligendi Guarnerium de Gillaco civem Justinopolitanum in eorum Potestatem.

S. Sirus Castrum.

1298. D. Patriarcha expignorat castrum S. Siri in Histria quem D. Beachinus habuerat in pignore.

Histria.

1217. Fiunt pacta inter D. Valterum Patriarcham & Paesanos Histrie.

Justinopolis.

1256. D. Patriarca Greg. contulit Justinopolitanis humiliter supplicantibus, ut anno 1257. sibi eligant Potestatem unum de Venetiis.

Parentium, Montona, Mugla, & S. Laurentius.

1256. D. Patriarcha Greg. dat licentiam eligendi Potestatem Parentio, Montone, Mugle, & Castro S. Laurentii.

Mugla.

1262. D. Patriarcha Greg. inhibet illis de Mugla ne mittant armigeros in subsidium Venetorum.

Pola.

1261. D. Patriarcha concedit illis de Pola ut eligant sibi Potestatem.

Montona.

1263. D. Patriarcha concedit Montone electionem Potestatis, eamque confirmat, ipsis tamen jurantibus . . .tare D. Patriarche.

Vallis.

1274. Illi de Valle supplicant D. Patriarcham, ut sibi concedat licentiam eligendi Potestatem.

Histria.

1060. Henricus Rex dat Vaderlico Marchioni in locis Histrie viginti Massaritias in pignore . . . . Duino & Oleis.

Histria, & Moronia.

1230. Dux Moravie cedit in petitione quam faciebat contra D. Patriarcham de Marchionatu Histrie.

1208. Privilegium Ottonis VI. qualiter Dux Bavarie cessit Marchionatum Histrie D. Valchero Patriarche.

Pola.

1308. D. Patriarcha Ottobonus creat Ensellinum habitatorem suum de Carisaco in suum Procuratorem ad creandum in civitate, & districtu Pole omnes judices, qui habeant cognoscere de territoriis, & judicio sanguinis, & duodecim judices qui appellantur judices Regalie.

Comes Goritiæ, & Castrum Mumilani.

1308. D. Patriarcha Ottobonus dat in feudum Henrico de Orzono accipienti vice, & nomine Magnifici viri D. Henrici Comitis Goritiæ castrum Mumilani.

Marchionatus Histrie.

1306. D. Patriarcha fatetur se habuisse a D. Petro de Pola Marchioni Histrie pro juribus Marchionatus 3500. libr. solid.

Pisinum.

1307. Investitur D. Henricus de Pisino de Villa de Calsen in monte.

Flumen.

1367. D. Patriarcha concedit ad vitam ejusdem D. Patriarche nob. viro Doymonte flumine vassallo Aquil. Ecclesie duas villas prope castrum Coselliac cum conditione quod mortuo Patriarcha debeant restitui Patriarche successori.

Tergestum, & castrum Veneris.

1368. D. Petrus vassal. D. Francisci de Tergesto investitur de una habitantia & multis mansis in Castro Veneris, & districtu.

Morench Villa in Histria.

1371. Nob. vir Marzigus qu. Ottonis de Cornomol investitur de villa Morenechi in Histria que exciderat Ecclesie Aquil. mortuo nobili viro D. Erado de Eberstein sine legitimis heredibus.

Vallis castrum.

1375. Cunigundis vel qu. Jo. de Piamont investitur de castro Vallis prope castrum Garbesede in Histria.

Pisinum, & Villalta.

1314. Die 11. exeunte Julio in castro de Urusperch apud turrim in presentia nobilium multorum D. Ravignana filia D. Henrici de Villalta maritatur D. Carolo militi de Pisino hoc est de Marc. C. & aliis ornamentis ex Ant.

Episcopus Emonen., sive Civit. nove.

1339. die 9. intrante mart. D. Hinsellinus de Mangesburch in civitate ut Procurator Mang. & incliti Com. Alberti Goricie, & Tirolis supplicat D. Natalem Episcopum Emon. ut velit investire ipsum Procuratorem de bonis feudalibus, de quibus D. Com. & sui Precessores fuerunt investiti in feudum ab Episcopatu Emon. afferens vassalaticum cui dictus Episc. respondit se nescire an Comites Goricie habeant feuda ab ejus Ecclesia, & quod ostendant quam paratus est investituram favere salvo consilio D. Beltrandi Patriarche. Ex Domin. civitat.

Castrum Veneris.

1300. Die 12. intr. Febr. Jo. qu. D. Jacobi de Castro Veneris fatetur habere a D. Patriarcha habitantiam in Castrum Veneris, quod hereditant masculus, & fæmina, ex Iurid. Not.

Ex Archivo Reverendi Capituli Civitaten.

1244. Pertoldus Patriarcha ad presentiam Valrici Episcopi Tergest., Wilelmini Decani Aquileg. & aliorum Canonicorum Civitatis &c., Patriarcha precibus Canonicorum donat duas prebendas den. prebendarum num. 50. Ecclesie Civit. Alteram pauperibus & nunciis Curie Romane, alteram camere . . . . juxta dispositionem Capituli.

1393. D. Henricus de Vildestain Episc. Tergestin. vendit domos Curie Tergest. in Civitate in Contrata S. Francisci juxta ripam Natisse.

Henricus I. & Rex Sicilie per litteras denotat Histrianis locationes factas de Bonis pro minori, quod antea solebant locare, & annullatas modo facte sint sine licentia D. Patriarche, Maguntie IV. Kal. Jun. intr.

1281. die 11. intr. Majo maru Valteri D. Henricus de Portis de Civit. promittit Capitulo Civit. 100. lib. pro bonis emendis ad faciendum anniversarium D. Ulerici Ep. Tergestini fiatris sui Fidejussores D. Andreas de Canuscio, & Jo. Longus de Civit. In saculo signato n. 18. instr. n. 11.

1281. D. Anzilius qu. D. Jovandi de Albona vendit Cozzio qu. D. Birbici quartam partem domus, & Curie de Albona, & plures familias mansales cum confirmatione Alberti Com. Goritie, & Ottoboni Nob. de Valantero.

Ex Regesto deliberationum Consilii de Clemona ex antiquissimis protocollis existentibus in Archivo ejusdem Communitatis.

1381. Leonardus de Pers . . . Capitaneus.
Laurentius de la Porta . . . Massarius.

10. Mart. super Balisteriis mittendis Tergestum fiat sicut faciunt illi de Tulmecio, & Venzono.

1382. Nob. Albertinus de Spilimbergo . . . . Capitaneus
Isacucius Mantisani Massarius.

24. Aug. Vigore littere D. nostri Patriarche mittatur unus Ambaxator ad Dominum R. & hoc super facto Tergesti nuper per proditionem ab Ecclesia Aquileg. usurpati: electus fuit Thurinus.

18. Octob. Deliberatum est quod juxta voluntatem, & requisitionem D. nostri debeamus ei servire cum 50. pedibus contra gentes euntes in Tulmecio & cum 16 equitibus.

Massarius . . . Gabriel Muntisani.

1394. 13. Octob. notandum est quod Patriarcha Johannes de Moravia mortuus est & interfectus fuit Utini ante castrum sub 1394. indic. die Martii 24. mensis Octobris circa medias tertias.

1463. Capitaneus . . . . spect., & Egregius Vir
Ser. Jacobus de Castro Turris.

Massarius . . . Ser. Petrus Stazionarius.
Ser. Jo. Notarius de Sancto Daniele.

7. Octobris.

Auditis litteris Magnificor. DD. Bernardi Canalis, & Francisci Capello provisorum in hac Patria mandantibus nobis ut mittere deberemus Trigestum homines pedestres tot quot possemus; provisum, & determinatum quod obbediatur litteris magnificorum DD. predictorum & quod mittantur quinquaginta pedestres ex nostris vicinis, & quod dentur eisdem, & cuilibet ipsorum eligendis pro eorum mercede, & labore pro singulo mense libere decemocto solidor. & quod eligatur unus civis qui habeat eos regere, & gubernare, qui civis electus, & deputatus fuit Ser. Bartholomeus qu. Ser. Antonii iturus cum eisdem.

13. Octobris.

Audito Ser. Bartholomeo qu. Ser. Antonii Capitanei Comitivæ hominum pedestrium iturorum contra Trigestum per consilium electo, petente dictos homines pedestres cogi, & compelli ad obedientiam, & [illegible]erentiam tam pro honore, & statu nostri Illustrissimi Ducalis Dominii Venetiarum quam pro honore, & statu hujus nostræ Civitatis: provisum, & determinatum fuit quod eidem Ser. Barthol. ut supra Capitaneo electo attribuatur plenaria libertas, & facultas regendi, & gubernandi dictam Comitivam, & casu quo dicta Comitiva vel aliquod ipsius comitive non esset obediens vel aliquem errorem comitteret, idem Capitaneus habeat auctoritatem suspendendi facere, & quecumque alia facere veluti Communitas nostra in premissis facere posset.

Item in eodem Consilio audito Ser. Bartholomeo Capitaneo electo petente sibi dari provisionem sui stipendii prout faciunt Civitates Utini, & Civitates Histrie. Provisum, & determinatum fuit quod eidem exhibeatur pro suo stipendio ducati octo auri pro singulo Mense, & nihilominus ut habeat

aliquid expendere pro aliquibus expediendis si necesse fuerit quod eidem exhibeantur ducati decem auri &c.

Prima Decembris.

Audita relatione Egregii Viri Ser. Bartholi qu. Ser. Antonii venientis de exercitu contra Trigestum referentis Communitatem nostram habuisse maximum honorem in exercitu contra Trigestum per homines Comitivæ per nos ad exercitum contra Trigestum pro statu Dominii Missos, & quod omnes aliorum locorum hujus Patrie fugerunt de dicto exercitu, sed non nostri. Item quod nullum dictarum cernedarum non fecerat tantas fassinas, quantas nostri homines fecerunt. Item quod ibant ipsi homines de nocte in scolta, & ad portandum ligna ad bombardam, & alia opportuna exercuerunt in dicto exercitu, & quod maximum damnum, & fastidium pati fuerant. Provisum, & determinatum fuit quod hæc Communitas se bene habebit contra ipsos homines dicte Comitive &c.

Summarium notarum Eusebii de Romagnano existentium in veteri Archivo Utin.

1309. 18. Aug. Concessio Marchionatus Histrie Francischino de la Turre.

1. Sept. Investitura D. D. Sergii, & Nasinguerre de Pola. Item investitura Johannis qu. D. Guercii de Justinopoli.

1230. 31. Mart. Concessio Communi Mugle quod Potestas ipsius Terre gerat officium Gastaldionis Patriarchalis.

1325. 20. Jan. Venditio gratie Vini, quod de partibus Histrie venit in Forojulium per duos annos.

1326. 9. Oct. Instrumentum notarie concesse discreto viro Philippo qu. Johanni de Stamulo de Jadra habitatoris in Mugla a Vicario Pagani Patriarche.

1327. 4. Mart. Protestatio in causa Justinopolitanorum appellata.

15. Dicti Renunciatio habitantie castri Veneris.

30. Dicti Nuncius datur pro habitantia Castri Veneris.

1230. 26. Nov. licentia concessa Communi de Pola eligendi Potestatem.

Ex notis Nicolusii Notarii Utinensis.

1328. die penultimo Junii. Presentibus D. Martino Presbitero de Utino, Domino Leonardo Fratre Saraceni de Utino Francisco filio Artici Stationarii de dicto loco testibus & aliis D. Johannes Presbiter Dominus Stanosa de Justinop. per manum ec. promisit Venerab. viro Domino nostro Canciano Emoniensi bona fide, sine fraude juxta suum posse tractare ubique honorem pro ipso Domino Episcopo, & ejus Ecclesia, & e converso ipse Episcopus promisit eidem Presbitero de promovendo ipsum juxta posse.

Actum burgo inferiori Utini super Domo ubi moratur ipse Dominus Episcopus.

Summarium notarum, seu breviaturaram Miliorancie Notarii in Curia Pagani Patriarche existent. in Archivo Utini

1322. 15. Jan. Carta compromissi quorumdam Canonicorum de Pirano.

19. Maii. Carta matrimonialis Justinopolis in appellatione.

Summarium Notarum Gubertini de Novate exist. in Archiv. Utini.

1332. 3. Octob. Electio Abbatis Monasterii S. Petri in sylva Diec. Parent. immediate subiecti Patriarche Aquileg.

1333. 24. Feb. Procuratorium D. Decani Aq. ad jurandam cittadinanciam, & vicinantiam in Civitate Tergesti.

16. Jul. Mandatum factum Capitulo Polen. pro prebenda in Ecclesia.

14. Jul. Acta ad recipiendam pecuniam in Venetis pro juribus Istrie.

1339. 9. Jun. Procuratorium ad recipiendam pecuniam a Venetis pro juribus Istrie.

4. Dec. Collatio Canonicatus S. Mariæ de Sisano Polen. Diec. ob devolutionem ad sedem Patriarchalem.

7. Dec. Procuratorium ad recipiendam pecuniam a Duce Venetorum pro juribus Istrie.

20. Dec. Commissio Causæ Emon. pro territorio S. Johannis de Cernedo in appellatione.

Ex originali regesto Eusebii de Romagnano Notarii, & Cancellarii Pagani Patriarche Aquileg. exist. Ard. Utin.

5. Jul. N. vir. D. Conradus qu. Domini Volrici de Preysinberch pro 200. marchis vendit Pagano Patriarche decimam terre de Mugla in Istria jure feudi Ecclesie Aquileg. quod erat feudum Ecclesie Tergestine.

1329. 9. Jul. Exemplum instrumenti de anno 1274. 4. exeunte Febr. quo Dominus Volricus de Rosemberch investivit nepotes suos Odelricum & Conum fratres filios qu. Domini Biachini de Mimilano de decima Mugle.

1330. 28. Decemb. Appellatio Episc. Tergestini ad Papam a sententia Patriarche Aq.

7. Jul. Actus appellationis Lamberti de Soldaveriis de Florentia habitatoris Justinopol. a sententia Episcopi Justinopol. cum processu cause.

19. Jun. Inhibitio facta per Vicarium Aquil. Vicario Justinopol. ne procedat in causa Lamberti de Soldaveriis de Florent.

13. Aug. Conventio inter Dominum Patriarcham, & terram Mugle pro decima ipsius terre.

1331. 18. Mart. Investitura Johannis qu. Americi dictemari de Pirano.

Ex originali regesto seu Protocollo manu Gubertini de Novate Cancellarii Rivmi in Christo Patris DD. Bertrandi Patriarche Aq. in Archiv. Utin.

2. Apr. Concessio Officii Vicariatus Patriarchalis in Pontificalibus in Archidiaconatu Cadubrii Johanni Episcopo Emoniensi.

2. Apr. Licentia concessa Judicib., Consilio, & Populo terre Mugle eligendi Potestatem pro uno anno. Confirmatusque est a Petriarcha ad instantiam Ambaxatorum ipsius Terre Nob. & Sapiens vir Laurentius Maripetro de Venetiis.

1349. 19. Apr. Commissio facta Johanni Episcopo Emonien. exigendi decimas & jura spectantia ad Ecclesiam Aquileg. in territoriis castri Veneris, & S. Georgii de Istria.

7. Maii Concessio Marchionatus Istrie ad unum annum pretio 300. Floren. Nob. viro Johanni de Stegenberck.

2. Jul. Citatio ad instantiam Hermanni de Carnea militis contra discretum virum Magistrum Castellinum de la Turre olim Vicario Ven. Fr. Ludovici qu. Episcopi Tergest. pro fructibus, & redditibus Episcopatus Tergest.

6. Jul. Licentia concessa Matilie Abbatisse, & Conven. Monasterii Majoris Aquileg. vendendi redditus, & proventus Robioli eis debitos in terra Insule pro solutione mille ducatorum auri debitorum.

31. Jul. Collatio plebis S. Thome de Murucio P. Francisco qu. Johannis de Mugla per obitum P. Johannis Proc. ad possessionem Plebanatus. Plebis de Venzono.

1349. 9. Aug. Concessio facultatis consecrandi Ecclesias, Altaria, & cemeteria & reconciliandi, ac chrismandi personas quaslibet in Aquileg. diec. F. Emonien.

22. Aug. Renunciatio Plebis S. Thome de Murucio facta a discreto viro P. Francisco de Mugla, & collatio ejusdem provido viro P. Dominico qu. Johannis Cerdonis de Tricesimo Procurator ad possessionem discr. Vir P. Leonardus Vicarius Plebis de Faganea.

1349. 8. Jul. Procuratorium Patriarche in personam providorum virorum Johannis Ludovici de Mozis, & Hodi Andree de Florentia Venetiis commorantium ad exigendum ab inclito, & magnifico D.D. Andrea Dandulo Dei gratia Venet. Dalmat. & Croat. Duce, Domino quarte partis, & dimidias totius Imperii Romaniæ, ejusq. communi Venet. illas ducentas, & viginti quinque marchas denar. novor. Aquil. monete pro juribus, & jurisdictionibus Istrie.

14. Apr. Procuratorium Patriarche in personas providorum virorum Petri Zaure Mercatoris de Lucca Venetiis commorantis, & Johannis de Lissono de Mediolano ad comparendum coram inclito, & magnifico D. D. Andrea Dandulo Dei gratia Ven., Dalm. & Croat. D. Domino q. part. & dim. tot. Imp. Rom. ejusq. Com. Venet. ad petendum, & erigendum CXII. marchas den. nov. Aquil. quas Patriarche solvere tenentur de mense Julii pro juribus, & jurisdictionibus civitatis Pole, & terrarum Vallis. Adignani, & Regal. secundum pacta.

15. Jul. Investitura Ville Cubertini Diec. Emon. facta Nicolao dicto Colli qu. Ser. Jacobini de Placentia Procuratoris Ser. Romino qu. de Colmani de Verzerio de Justinop. Vassalli Aquileg. Ecclesie constituentis suo nomine, ac nomine Colmani ejus Nepotis, & filii qu. Verzerii de Verzerio fratris ipsius Ser. Dominici, ac etiam nomine Verzerii similiter ejus Nepotis filii qu. Simoni de Verzerio fratris predicti Domini Dominici.

21. Nov. Investitura Hermacoræ qu. Luvisini de Pinguento de feudis familiæ suæ antiquis.

23. Septembris Confirmatio Potestatis Terræ Muglæ pro dimidio anno in persona Nob. Militis D. Bonjacobi Vicecomitis de Crelino, electi a discreto Viro Jacobo dicto Malpellio Ambaxatore Communitatis dictæ Terræ.

26. Septembris Litteræ patentes super dicta electione Potestatis Muglæ.

1350.

1350. 23. April. Presentatio obbedientiæ Comunitatis Muglæ.

18. April. Concessio Marchionatus Istriæ Magnifico Viro Comiti Stephano nato Illustrissimi & Potentis viri Domini Bartholomei Comitis Veglæ, & Modrussæ.

1. April. Confirmatio Potestariæ Muglæ in Personam Magnifici viri D. Stephani nati Magnifici viri D. Bartholomæi Comitis Veglæ Possegæ & Medrussi pro dimidio anno.

2. April. Citatio Andreæ Mauri de Mugla.

Ex notis Jacobi quondam Turre *de Civit. Austriæ exist. in Arc. Utini.*

1357. 14. Octob. P. Flocucius Canonicus Tergest. Pleb. Muglæ præsentavit appellationem Capitulo Aquileg. Sede vacante, a quibusdam Litteris D. Francisci de Tizio Canonici Feltren. Vicarii General. Episcopi Tergestini.

Elezione in Vicedomino del Friuli di Francesco Savorgnano MCCCLXVII.

Marguardus Dei gratia Sanctæ Sedis Aquilegiensis Patriarcha dilectis nobis universis, & singulis prelatis, Nob. ministerialibus, & universis ac aliis quibuslibet nostris, Aquilegien. Ecclesie fidelibus, & subditis cujuscumque status, gradus, & conditionis existant salutem & gratiam nostram. Congruum imo necessarium fore conspicimus, ut ubi actualiter nostram nequimus exhibere presentiam pro nostrorum gubernatione, & conservatione Fidelium, de tali loco Nos provideamus persona cum eaque de oneribus nostris incumbentibus humeris partiamur, quæ virtute, & circumspectione polleat in agendis. Cum igitur pro non nullis arduis, & urgentibus causis, ad partes *Marchionatus nostri Istriæ* decreverimus in persona propria brevius nos transferre: nos de virtuosæ circumspectionis industriæ ac promptæ fidelitatis constantia *Nobilis*

Militis *Francisci de Savorgnano* fidelis nostri carissimi specialem non immerito gerentes fiduciam, eundem Franciscum ad Regimen, & gubernationem nostram, & totius Patriæ nostræ Aquilegien. præelegimus, & precipue deputavimus eumque fecimus, ac tenore presentium facimus & constituimus nostrum locumtenentem, & vicedominum Generalem sibi regendi, mandandi, gubernandi, Generale colloquium Patriæ, & ipsius colloquii consilium semel, & pluries convocandi, & congregandi, & in eis, quæ statum nostrum Ecclesie nostre, & Patrie respexerint narrandi, & proponendi terminationem seu terminationes dictorum colloquii, & consilii quaslibet audiendi, seu committendi sententias quaslibet esecutioni debitæ mandandi, condemnandi, & absolvendi, ac puniendi, & generaliter omnia, & singula in premissis, & premissorum quælibet faciendi, & liberaliter exercendi, disponendi, & ordinandi, quæ nos ipsi facere possemus, si nostra adesset presentia auctoritatem facultatem, & potestatem plenariam concedentes, super quibus omnibus, & quibuscumque aliis hic non expressis ad officium vicedominatus, hujusmodique gubernatione, & regimine pertinentibus in ipsum Franciscum transferimus totaliter vices nostras, donec eas ad nos duxerimus revocandas, mandamus igitur vobis omnibus, & singulis nec non cunctis officialibus nostris sub obtentu nostræ gratiæ, penaque, & penis aliis nostræ potestatis arbitrio infligendis harum tenore distincte, quatenus eidem Francisco tamquam vero vicedomino nostro & Rectori in premissis, & hiis omnibus, quæ ad dicti vicedominatus spectant officium ut prefertur pareatis, & obbediatis fideliter tamquam nobis. Aloquin penas & sententias, quas rite tulerit in rebelles habebimus ratas, & gratas, & faciemus eas, auctore Deo usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Decernentes ex nunc omnia, & acta gesta, seu quomodolibet ordinata extiterit executioni mandari, & obtinere, ac si per nos, seu coram nobis facta forent per-

petuam roboris firmitatem: harum sub nostri appensione sigilli testimonio. Dat. in nostro Pallatio Utini die decimo octavo Decembris Anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo septimo indictione Quinta.

Dal Protocollo originale di Gubertino di Novate
MCCCXLVII.

Die V. mensis August. presentibus Nobilibus viris Dominis Henrico de Prampergo Nicolao de Lafratina militibus Odorico qu. Domini Artici de Prampergo & aliis. Constitutus in presentia Reverendi in Christo Patris & Domini Domini Bertrandi Dei gratia S. Sedis Aquilegen. Patriarche Almericus Not. filius qu. Ser Adalgerii de Dethemarii de Pirano Vassallus Ecclesie Aquileg. suo nomine & Odorici & Dethemarii fratrum suorum, & procurator & procuratorio nomine Ser. Johannis filii qu. Domini Almerici Dethemarii de Pirano ad infrascripta & alia specialiter constitutus de procurat. hujusmodi constat publico Instrumento signato anno & indictione presentibus die 4. mens. Jul. manu Catorini Cacciani de Pirano Imperiali auctorit. Notar. a me Not. infrascripto viso & lecto humiliter supplicavit eidem Domino Patriarche ut cum dictus qu. Ser Adelgerius pater ejus qui erat major domus sue ab anno circit. viam sit viniverse carnis ingressus, dignaretur ipsum Almericum suo, & nominibus quib. sup. investire de feudis que predictus & Pater, & Johannes & sui progenitores antiquitus habuerunt & tenuerunt ab Ecclesia supradicta. Qui D. Patriarcha ejus precibus inclinatus credens & sperans quod predicti Fratres & Johannes fideles erunt sibi & Ecclesie memorate, per se suosque successores & nomine dicte Aquil. Ecclesie Dictum Almericum suo & nominibus quibus sup. recipientem, de omnibus feudis suis antiquis justis rectis & legalibus eo jure quo sui progenitores illa antiquitus habuerunt

& tenuerunt ab Ecclesia Aquil. *per fimbriam sue guarnachie* presentialiter investivit. Salvo jure Aquil. Ecclesie & omnium personarum. Dictus vero Almericus suo & nominibus quibus supra statim prestitit ipsi Domino Patriarche & Aquil. Ecclesie fidelitatis debite juramentum quod Vassalus Domino suo prestare in talibus consuevit. Quibus pactis Dominus Patriarcha predictus mandavit eidem Almerico, ut sub debito prestito juramento, infra mensem proximum jul. in scriptis tradat feuda omnia subscripta.

Dat. Vitini palatio Patriarchali.

APPENDICE SECONDA

Num. III.

Documenti copiati dagli Originali di Giovanni di Lupico, e di altri Notari Patriarcali riguardanti la Storia Civile, ed Ecclesiastica del Friuli, e dell' Istria.

Num. III.

Dalle Note originali di Giovanni di Lupico Notaro di Raimondo e Gregorio Patriarchi; esistenti nell' Archivio Vecchio d' Udine.

1255. XIII. Ind. apud. Civitatem in Camera Patriarchatus die 7. intrante Majo Presentibus D. Ropreto de Budrio, Henrico de Justinopoli: Rainaldo Rocinaldini, & Johanne Turcho Mercatoribus . . . . & Genisio de Padua Senescalco Domini Gregorii electi Aquilegen. testibus, & aliis. Janninus Domini Marci, & Almericus filius qu. Domini Decini de Grom Ambassatores Comunis Justinopoli constituti in presentia predicti Domini Aquilegen. Electi nomine dicti Comunis, & pro ipso Comuni supplicarunt, eidem Domino Electo, ut de gratia speciali concederet eis recipientibus pro eodem Comuni ut ipsum Comune recipere possit in potestatem eorum quemcumque voluerint pro anno presenti. Predictus igitur Dominus Electus volens dicto Comuni ad preces, & petitionem dictorum Ambassatorum facere gratiam specialem concessit eidem, ut in Potestatem eorum quemcumque voluerint pro anno presenti recipere valeant, & habere.

1265, 8. Ind. apud Civitatem in Anticomera . . . . . exeunte Mense April. Presentibus Magistro Nicolusio de Lupico . . . . Patriarchæ Aquilegen. Canciano & Domino Nicolao Delfino Archidiacono Polensi, & Dominis Johanne de Cucanea testibus ad hoc vocatis. Artuicus Domine Bone, Dietmarus olim Cesarii Cives Parentini Nuncii Sindici, & Procuratores Nobilium virorum Philippi Gradonico Potestatis Parentii, & Triesti, Rafaelis ejus judicis Marci de Mateila, & Artuci Notarii ejus Consiliarii constituentium eosdem Artuicum, & Dietmarum nomine, & auctoritate Comunis totius Parent. sicut appa-

rebat per pubblicum instrumentum confectum manu Lordani imp. auct. Notarii sub anno Domini 1265. indictione VIII. die 12. exeunte Marcio Parent. . . . . a me Johanne subscripto Notario viso, & lecto. Constituti in Presentia Ven. Pat. Domini Gregorii Dei Gratia S. Aquilegen. Sedis Patriarchæ & Istriæ, atq. Carniole Marchionis nomine dictorum Potestatis Consilii, & Comunis ejusdem terre pro ipso comuni petiverunt a dicto Domino Patriarcha Marchione ut de gratia speciali daret eis verbum, & licentiam eligendi Potestatem in terra Parentii pro anno presenti, qui petita licentia, & obtenta predicti Artuicus, & Dietmarus nuncii elegerunt Nob. virum Dominum Marcum Cornarium de Venetiis in Potestatem Comunis Parent. pro anno predicto presenti. Petentes, & supplicantes dicto Domino Patriarchæ Marchioni nomine dictorum Potestatis Consilii, & Comunis Parentii quod electionem factam de predicto Domino Marco pro dicto anno presenti in Potest. Parent. dignaretur de speciali gratia confirmare, cujus electionem, ad suplicationem, & petitionem ipsorum procuratorum dictus Dominus Patriarcha & Marchio de speciali gratia confirmavit.

Ego Johannes de Lupico Sac. Imp. pub. Not. hiis presens interfui, & rogatus scripsi in formam publicam reducendo.

1218. prima Indictione apud Civitatem in Palatio Patriarchali die 13. exeunte mense Martii Presentibus Magistro Eretardo Plebano in Mugla, Johanne Presbitero, & Andrea Scolastico in Montona testibus ad hoc vocatis. Pilattus, & Azanus de Montona . . . Sindici, & Procuratores . . . de Montona sicut continebatur in quodam publico instromento manu Petri de Valle Not. Imperialis Aulæ cujus tenor talis est. Anno Domini 1258. indictione prima die Mercurii . . . . . Martio presentibus Domino Blasio Domini Minfredi de Tarvisio Andrea . . . . . . Fusculi de Montona, & Petro Precono dicto Scode de . . . . testibus rogatis & al. In pleno rengo Communis

munis Montonæ . . . . . . congregato more solito. Dominus Gastaldio Domini Patriarche in Montona . . . . dicti loci Pilattus qu. Botre, Bilixius ejus Frater . . . . Petrus Notarius . . . . . Not. . . . . . a Domino Gre. Patriarcha Aquilegen. . . . . . comparere a Kal. Aug. proximi . . . . . confirmare Dominum Genisium de Bernardis de Padua in eorum, & dicti loci . . . . Potestatem, usque ad annum completum in omnibus, & per omnia sicut . . . . . Patriarcha pro anno presenti dederat, & concesserat eisdem sicut . . . . instrumeno facto manu Johannis notarii de Lupico dicebatur contineri. Salvis in omnibus juribus, & rationibus Ecclesiæ Aquilegen. & Domini Patriarche & Communis Montone. Act. in Montona in Palatio Communis.

Ego Petrus de Valle Notarius imperialis interfui, & scripsi.

Constituti in presentia Ven. P. D. Grego. Dei gratia S. Aquilegen. Sedis Patriarche Istrie, & Carniole Marchionis nomine, & vice Communis de Montona, & pro ipso Communi coram eodem Domino Patriarcha verba sua proposuerunt in hunc modum. Domine venimus ad pedes dominationis vestre pro Commun. de Montona supplicantes vobis nomine ipsius Communis, ut detis verbum, & licentiam eligendi aliquem probum virum in Potestatem illius terre pro anno futuro, ita tamen quod petitio verbi, & licentie petite a nobis nullum prejudicium generare possit juribus, & rationibus dicti Communis, si quas ipsum Commune ostendere valuerit ... tempore coram vobis, & Predictus D. Patriarcha, & Marchio dedit eis verbum, & licentiam eligendi quemcumque vellent, qui esset fidelis eidem Domino Patriarche, & Ecclesie Aquilegen. pro anno predicto ita quod petitio verbi, & licentie predicte nullum prejudicium ferre posset juribus, & rationibus Communis ejusdem, si quas ostendere voluerit . . . . loco, & tempore. Qua petita licentia, & obtenta dicti Azarus, & Pilattus elegerunt Dominum Genisium . . . . Domini Patriarche predicti in Po-

triarcha possit sententiare, arbitrari, seu interpretari diebus feriatis, & non feriatis, presentibus, & absentibus semel, bis & ter, & quoties sibi placuerit sive de jure, sive amicabiliter, prout sibi melius videbitur expedire. Promittentes dicti Nicolaus, & Vernalius Maricus nomine predicti Comunis de Montona, & pro ipso stipulatione solempni sub obbligatione bonorum dicti Comunis, & sub pena quingentar. marc. Aquilien. Monete se ratum, & firmum tenere, & habere omni tempore, & non contravenire ratione aliqua sive causa quidquid idem Dominus Patriarcha sup. predictis omnibus questionibus litibus, & controversiis, sententiandum definiendum componendum precipiendum duxerit seu ad arbitrandum penaq. . . . . soluta vel cum arbitrio, definitio, seu sententia, seu & amicabilis compositio sive mandatum, vel mandata unum, duo, & plura que, & quas dictus Dominus Patriarcha fecerit per se, vel per nuncium suum, dixerit, pronunciaverit, seu arbitratus fuerit, sive de jure, sive amicabiliter inter partes debitam, & inviolabilem omni tempore obtineant firmitatem. Renunciantes dicti Procuratores, & Syndici nomine Comunis predicti de Montona omni legum auxilio, juri, statuto, & consuetudini quibus contra pred'cta omnia se possent defendere aliquo unquam tempore aliquatenus, & tueri.

Ego Johannes his presens interfui, & rogatus scripsi in formam publicam reducendo.

1258. Prime indictionis apud Civitatem in domo que fuit prepositure die septima exeunte Aprili presentibus Domino Alberto Dei gratia Coneten. electo Domini Patriarche Vicecamerario & Domino Johanne Rubeo Camerarario Aquilegen. Janesio Castaldione Civitaten. Jacobo, & Petrusso Notariis Civitaten. testib. & al. Dominus Jannus qu. Domini Marci de Justinopoli Potestas Parentii nomine suo nomine Comunis Civitatis Parent. compromisit in Venerab. Patrem Dominum G. Dei gratia S. Aquilegen. Sedis Patriarcham, tanquam in verum

arbitrium, & amicabilem compositorem in omnibus questionibus, litibus, & controversiis, habitis, vel habendis occasione alicujus dampni dati, vel pignorationis facte tam per homines de Montona hominibus Parentii, quam per homines Parent. hominibus de Montona, itaquod predictus Patriarcha possit sententiare, arbitrari, seu interpretari diebus feriatis, & non feriatis partibus presentibus, vel absentibus semel, bis, & ter, & quoties sibi placuerit inter partes, sive de jure, sive amicabiliter, prout sibi videbitu rmelius expedire. Promittens predictus D. Janinus nomine suo, & Comunis Parent. stipulatione solempni sub obligatione bonorum suorum, & sub pena quingentar. Marc. Aquilegen. monete se ratum, & firmum habiturum, & aliquo unquam tempore non contravenire ratione aliqua, seu causa contra quidquid idem dictus Patriarcha super predictis questionibus, litibus, & controversiis sentiendum, definiendum, componendum, precipiendum duxerit, seu & arbitrandum penaq. predicta soluta vel non arbitrium, definitio seu sententia, seu amicabilis compositio seu . . . . mandata unum duo, vel plura que dictus Dominus Patriarcha dixerit, fecerit per se vel nuncium suum pronunciaverit, seu arbitratus fuerit de jure, sive amicabiliter inter partes debitam, & inviolabilem obtineant firmitatem. Renuntiando dictus Dominus Janinus.... nomine Comunis Parentii omni legis auxilio, juri, statuto, & consuetudini quibus contra predicta omnia se posset defendere aliquo unquam tempore aliquatenus, & tueri.

Ego Johannes de Lupico hiis presens interfui, & rog. scripsi in formam pubblicam reducendo.

1258. Prime indictionis apud Civit. in domo que fuit prepositurae die 7. exeunte Aprilis presentibus Domino Alberto Dei gratia Ceneten. Electo dicti Patriarche Vicecamerario, & dicto Johanne Rubeo Camerario Aquilegen. Janesio Castaldione Civit. Jacobo, & Petrusso Not. Civitaten. testibus & al. Dominus Janinus qu. D. Marci de Justinopoli Potestas

Civitat. Parent. cum obbligatione bonorum suorum sub pena quingentar. Marcar. Aquilegen. monete stipulatione solempni promisit dicto Alberto Dei gratia Ceneten. electo & Domino G. Patriarche, & pro ipso quod faciet, quod Comune Parent. ratum habeat, & firmum, & publicum instrumentum compromissum factum per ipsum dictum Janinum nomine dicti Comunis Parentii in presentiam D. G. Patriarche Aquilegen. pro quibus omnibus attendendis, & observandis in omni causa predictus D. Janinus Potestas Parent. & Siricus Tharsie de Justinopoli sub eadem pena quingentar. Marc. monete predicte promiserunt ad majorem cautelam, & juraverunt ad S. Dei Evangelia predicto Domino Abb. Cenet. Electo recipienti nomine dicti Domini Patriarche quod predictum Comune Parent. dictum compromissum ratum habebit & firmum. Renunciantes dicti Dominus Potestas, & alii supradicti omni legum auxilio juri, statuto, & consuetudini quibus contra predicta omnia se possent defendere aliquatenus, & tueri. Et tunc D. Albertus Ceneten. Electus Domini Patriarche Vicecamerarius nomine ipsius Domini Patriarche Aquilegen. dicto Potestati & aliis supradictis sub debito prestiti juramenti, & sub pena quingentar. marc. precepit quod a die Jovis proximi ad quindecim dies presentabunt predicto Domino Patriarche vel facient presentare . . . . vel cui idem D. Patriarcha comiserit quod predictum Comune . . . . firmum compromissum factum per dictum D. Janinum . . . . Patriarcham sicut apparet per publicum instrumentum . . . . Johannis Notarii de Lupico.

Ego Johannes ec. hiis presens interfui & rog. scripsi in formam publicam reducendo.

1258. Prime Indictionis apud Civit. in domo que fuit prepositure die primo intrante Majo presentibus Domino Asquino Decano Aquilegen. Odolrico Presbitero Archipresbitero de Cadubrio, & Petro Notario de Civit. testibus, & al. quampluribus. D. Albertus Dei gratia Ceneten. Electus Vicedominus

Ven. Patris D. G. Patriarche Aquileg. nomine ipsius D. Patriarche & pro ipso precepit D. Janino qu. D. Marci de Justinopoli Potestati pro se, & Comuni Parentin., & D. Nicolao, & Vernacio Marico de Montona procuratoribus ipsius Comunis de Montona pro se, & nomine Comunis de Montona presentibus, & mandatum suscipientibus cuilibet partium pro se, & nomine dictorum Comunium pro se . . . . sub pena mille marc. Aquileg. monete quod ipsi per se, & dicta Comunia servent inter se firmam treguam usque ad festum B. Petri proximum ita quod Comune Paren. non offendat aliquatenus homines de Montona in personis, & bonis, nec Comune Montone offendat aliquatenus homines de Parentio, quod utreque partes stipulatione solempni pro se, & nomine predictorum Comunium promiserant sub pena predicta eidem Vicedomino recipienti nomine predicti D. Patriarche, & tunc predictus Vicedominus nomine predicti D. Patriarche precepit utrique parti terminum usque ad octavam Penpecostes proximum quod . . . . . . per se, vel per Procuratores sufficientes, & idoneos . . . . D. Patriarcha ubicumque fuerit. Audituri super . . . . . utraque parte in eundem D. Patriarcham sive beneplacitum voluntatis.

1258. Prime Indict. apud Civit. in Palatio Patriarchali die XIII. intrante Julio presentibus D. Johanne Rubeo Thesaurario Aquilegen. Ecclesie Magistro Girardo Plebano de Mugla & Zonsclino familiare Domini Stephani filii qu. Illustris Regis Ungarie testes ad hoc vocatis & al. D. Peregrinus Castaldio Domini Patriarche Aquil. in Mugla & Thomas Dabline de eodem loco ex parte Consilii, & Comunis de Mugla Venerabili Patri Domino G. Dei gratia S. Aquilegen. Sedis Patriarche, & Istrie, atque Carniole Marchioni presentavit litteras in hunc modum. Venerabili Patri & Domino G. Dei gratia S. Sedis Aquilegen. Patriarche Domino suo dignissimo Gastaldio, Consilium & Comune de Mugla cum omni fidei puritate promptum obsequium & devotum. Cum de gratia Pa-

ternitatis & Dominationis vestre pro presenti anno Potestatem & Rectorem habuerimus in terra de Mugla, Dominationi vestre humiliter supplicamus ut latoribus presentium Piligrino Castaldioni & Thomaso Dabline dignemini dare gratiam eligendi pro . . . . anno a proximo S. Martini ad annum unum expletum in dicta Terra Potestatem, & Rectorem & ipsum quem elegerint dignemini ad datum terminum de vestra gratia confirmare firmiter tamquam Dominus attendens quod ipsum quem dicti Nuncii velint eligere gratum habebimus & acceptum ipsorumque electum servabimus . . . quod vestram Dominationem requirimus litterarum serie explicare . . . . Paternitatis vestre aures credulas dignemini . . . . . sigilate erant sigillo Comunis predicti in cujus circuitu . . . . . . Castellum de Mugla intus vero erat sculptum ad . . . . . litteris perlectis predicti Peregrinus & Thomas . . . . Patriarche & Marchioni nomine predictorum Consilii & Comunis de Mugla . . . . eis verbum & licentiam eligendi Potestatem pro anno . . . . . . Mugla numerando annum ipsum a proximo festo S. Martini ad annum unum completum, qua petita licentia & optenta iidem Peregrinus & Thomas postmodum secedentes in partem elegerunt Dominum Genisium de . . . . Domini Patriarche in Istria in Potestatem dicti Comunis de Mugla . . . . Electionem ad ipsorum supplicationem dictus Dominus Patriarcha . . . in cujus rei testimonium . . . .

1258. Prime indict. apud Civit. in Palatio Patriarchali die intrante Jun. presentibus Domino Al. Dei gratia Ceneten. Electo Domini G. Patriarche Vicedomino Dominis Wezelono Abb. Bellunen. Berengario Proposito S. Wolrici Bernardo Preposito S. Felicis Aquil. & Dominis Henrico de Villalta Henrico de Castellino Asquino de Varmo. . . . de Oxopio. Squarzato de Top. & Mainardo de Corov. testibus ad hoc vocatis & al. Cum Dominus Winterus de Pisino construi fecerit quoddam castrum quod vocatur Gorensith in contrata de Gotiis

idem Dominus Wint. constitutus in presentia Ven. Patris Domini G. Dei Gratia S. Aquilegen. Sedis Patriarche sua propria & spontanea voluntate per se suosque heredes obbligavit & dedit in manibus ipsius Domini Patriarche recipientis nomine Aquilegen. Ecclesie Villas Sancti Viti, AdWac·, & Postech quas predictas tres villas idem Dominus Winterus dicebat, & confessus est habere ad rectum & legale feudum ab ipso G. Patriarcha Aquilegen. & ab Ecclesia Aquilegen. ita tamen quod dictus Dominus Winterus de Castro predicto de Gottenich. . . . . . . · mandatum & beneplacitum ipsius Domini Patriarche quod sibi per se fecerit vel per nuncium suum infra quindecim dies postquam susceperit . . . . predictum de destruendo Castrum predictum vel de non destruendo . . . . sive aliud faciendo quod dicti Domini Patriarche indixerit voluntati quod si predictus Domini Winterus infra terminum predictum . . . . non fecerit mandatum ipsius Domini Patriarche faciendum sibi per ipsum vel per nuncium suum expressum . . . . predictas tres Villas cum adjacentiis possit libere, habere tenere & possidere dare donare, vel concedere cuicumque sibi placuerit absque . . . . . omnia & singula predictus D. Winterus cum obbligatione omnium bonorum suorum se sponte, & solempniter obligavit & contentus fuit si contra . . . . . per ipsum vel per nuncium suum de Castro predicto aliquatenus fecerit vel . . . . publicus Notarius hiis presens interfui rog. scripsi in formam publicam . . . . .

1259. secunde Indict. apud Civit. in Curia Palatii Patriarchalis die ultima julii presentibus Magistro Cardamono . . . . Civitaten. Magistro Gofrido schermitore familiare Domini Patriarche, & Zampa de Faganea testibus & al. D. Al. Ceneten Electus Domini Patriarche Aquilegen. Vicedominus nomine ipsius Domini Patriarche, & pro ipso precepit Andree Valentini, Dominico de Sena nunciis Communis de Mugla nomine

nomine ipsius Communis & pro ipso sub pena & banno mille libr. Venet. parvor. ut hinc per totam diem Martii proximi venturi dictum Commune mittat ad ipsum D. Patriarcham duodecim homines meliores, & illos qui interfuerunt captioni, & morti Symonis medici, & spetialiter illos ad quos spectat ipsum negotium.

1258. Prima indict. apud Civit. Austr. in Palatio Patriarchali die XIII. intrante Junio Present. Domino Alberto Dei gratia Ceneten. electo Ven. Domini dei gratia S. Aquilegen. Sedis Patriarchæ Vicedomino, ut & Dominis Wezelone Abb. Bellinien. Walperto Sancte Marie de Ceneto Polen. Berengoro Præpos. Wolrico Magnifico Nicolao de Lupico Plebano de Tricesimo D. Pape scriptore, & Magnifico Peregrino Plebano de Mergospurch ipsius D. Patriarche Capellano & Dominis Clizoio de Mels. Bernardo de Zuccula, & al. quampluribus testibus ad hoc vocat. Cum inter Commune Parentii ex una parte & Commune Montone ex altera occasione quorundam dampnorum hinc inde & sub pretextu pignoris, quam represalie, &c. illatorum, questiones, lites, & controversiæ verterentur tandem de questionibus litibus & controversiis ipsis sub certa pena in Ven. D. Greg. Dei gratia S. Aquilegen. Sedis Patriarcham & Istrie atque Carniole Marchionem compromissum fuit, ut in verum arbitrum & arbitratorem, & amicabilem compositorem sicut in quibusdam instrumentis publicis compluribus exinde per me subscriptum notarium plenius continetur . . . . . sibi cum voluntate partium nomine predictorum communium compromissum ita ut . . . . Patriarcha & Marchio posset sententiare, arbitrari, & interpretari diebus . . . . . . partibus presentibus & absentibus semel, bis, ter, & pluries . . . . placitum sive de jure, sive amicabiliter inter . . . . Patriarche . . . . melius videbitur expedire . . . . . & Marchio volens utriusque Communis statui . . . . . Domini Patriarche presentia constitutis dixit . . . . prescriptis sub pena in compromissis . . . . quingentar. Marc. Aquileg.

monete pro qualibet . . . . solvere vel solvi faciat Communi Parentii per . . . Communi Parentino per Andream Dionisii de Montona . . . . . lib. Venet. parvor. medietate ipsius pecunie . . . . . de Augusto proximo, & aliam medietatem in festo B Michaelis proximi sequentis. Et Commune Parent. solvat Communi de Montona pro dampnis illatis eidem Communi de Montona tempore Domini Warnerii de Gillaco tunc Potestatis Montone mille quingentas lib. Monete predicte medietatem ipsius pecunie in Festo S. Marie de Augusto proximo & aliam medietatem in Festo B. Michaelis proximi sequentis & quod utraque pars faciat finem, remissionem & refutationem de predictis dampnis modernis utrimque illatis. Eo addito quod memoratus Dominus Patriarcha, & Marchio reservat sibi quod ipse possit adhuc dicere, sententiare, arbitrari, interpretari, corrigere, & emendare, & terminum, & tertium unum & plures assignare & laudare, & precipere super predictis dampnis modernis hinc inde illatis & omnibus al. dampnis, & questionibus, litibus, & controversiis, diebus feriatis, & non feriatis, partibus presentibus, & absentibus semel, bis, & pluries quotiescumque, & quandocunque sibi placuerit, & ei videbitur sive preceptum hujusmodi . . . . inviolabilem obtineat firmitatem, que toties peti & exigi . . . . contineretur in ipsa. Ego Johannes de Lupico . . . . hiis presens omnibus interfui, de mandato . . . . . . & Marchionis & reg. utriusque partis . . . . . . reducendo.

1258. Primo indict. apud Civit. Austrie in Camera Patriarchali die XI. intr. sept. presentibus Domino Vezelono Abb. Bellinien., & Magistro Petro de Scarleto, & Scanno Phisicis, & Domino Laurentio Camerario Ven. Patris Domini G. Dei gratia S. Aquilegen. Sedis Patriarche, & Istrie, atque Carniole Marchionis testibus ad hoc vocatis & al. supradictis Dominus G. Patriarcha & Marchio fecit, constituit, & ordinavit Dominum Senisium Ricarium . . . . . absentem & Ma-

gistrum Girardum Plebanum de Mugla presentem . . . . . & Procuratores & quemlibet eorum in solidum ita ut . . . carta procurationis apparuit sit legitimus . . . . . . ad recipiendum nomine ipsius Domini Patriarche & . . . . a Commune Pola duo mille lib. Venetarum . . . . Commune tenetur eidem Domino Patriarche dare . . . . . proximo venturo & ad faciendum . . . . . nomine Patriarche finem remissionem, & refutationem post integram . . . . . ipsius pecunie, & pactum de non amplius repetendo . . . . . Dominus Patriarcha, & Marchio se ratum habiturum & firmum in . . . . . procuratores vel alterum ipsorum in promissis . . . .

1258. . . . . eiusdem terre . . . . . & . . . . . procurat. occasione ad obbligandum . . . . . . ratum, & firmum habere & non contravenire aliqua occasione vel exceptione. Ego Algericus Pirani incliti G. Marchionis Not. interfui rogatus subscripsi, & roboravi. Quo instrumento perlecto predictus Marquardus supplicavit dicto Domino Patriarche, & Marchioni & nomine predictorum Consulum Consilii, & Communis de Pirano, ut de gratia speciali concederet sibi verbum & licentiam eligendi Potestatem in eadem terra pro Communi Pirani numerando annum ipsum ab anno novo proximo ad annum . . . . . . qua petita licentia, & . . . . Dominus Marquardus nominavit . . . . . de Momilianis in Potestatem dicti Communis de Pirano de *cetera desunt*.

1257. XV. ind. apud Venetias in Palatio Episcopi Castellani die 6. intrante mense Maii presentibus Magistro Nicolao de Lupico D. PP. scriptore & Domino Bernardo, Domino Zuccula, Johanne Minio . . . . . testibus ad hoc vocatis & al. cum Dominus Marcus Coppo de Venetiis olim comperasset ut idem Dominus Marcus asserebat ab Eleazario de Justinopoli quamdam vineam cum terra vacua sita in territorio Justinopolis in contrata quæ dicitur Cisterna de quibus Ven. Domino G. Dei gratia S. Aquilegen. Sedis Patriarche Istrie at-

que Carniole Marchioni nomine Aquilegen. Ecclesie . . . . . debebatur: idem Dominus Patriarcha . . . . comutare nomine suo & dicte . . . . . heredibus de gratia speciali . . . . . . Thurris annuatim in festo . . . . . successorum suorum Istrie . . . . . . ejus heredes sint in perpetuum . . . . . & causa heredes non debeant vendere, nec . . . . . alieni Ecclesie vel in manu . . . . Domino Patriarche, vel ejus successoribus . . . . . quo predictus Dominus Patriarcha & Marchio . . . . & ejus Ecclesie sub pena dupli dicti . . . . predicto Domino Marco recipienti pro se . . . . . & concessionem hujusmodi ullo unquam tempore . . . . . auctorizare, & disbrigare in jure absque . . . . vel non contractu presenti in suo robore.

1257. 15. indict. in Castris ante Duinum die octavo intrante Martio presentibus Jannino qu. Domini Marci de Justinopoli Gregorio de Anagnio Domini Patriarche consanguineo & Senisio de Padua Richario in Istria testibus ad hoc vocatis & al. Ven. P. D. Gregorius dei gratia S. Aquileg. Sedis Patriarcha confessus fuit se recipisse & in se habere quadrigen. lib. Venet. parv. a Communi de Pola de illis duabus millibus libris Venet. parv. quas idem Commune debet, & tenet solvere eidem Domino Patriarche a proximo festo B. Michaelis ad annum unum. Renuncians idem D. Patriarcha excepti . . . . pecunie tempore contractus, & omni legis auxilio . . . . . quod in predicta solutione predictorum 400. . . . . Venet. parvor. posset dicto Communi dampnum aliquod inferre . . . . presens interfui . . . . supradicti . . . . in formam publicam reducendo.

Commissio Custodie Turris de duobus Castellis.

1278. VI. Indict. apud duo Castella in Ecclesia Plebis dicti loci die Lun. X. intrante Jan. Domino Semprebono Ab.

S. Petri de Silva Domino Fppone Ab. S. Petronille. Domino P. Petro Plebano de Trecesimo Domini R. dei gratia Patriarche Aquilegen. . . . . . Domino Asquino de Varmo. Nicolao de Budrio. Leonardo de Utino & Henrico de portis militibus Francisco de Fontebono & Thoma de Cucanea testibus & al. multis. Reverendus Pater D. Raimundus dei gratia Sancte Aquilegen. Sedis Patriarcha pro bono statu Terre de duobus Castellis commisit Domino Monflorito de Pola tamquam suo Richario custodiam Turris de duobus Castellis, quam habebat & tenebat Merulus de duobus Castellis, & terram, & homines ipsorum duorum Castrorum, & curam ipsorum ad honorem ipsius Domini Patriarche & Ecclesie Aquilegen. fideliter conservandos usq. ad ejusdem Domini Patriarche beneplacitum voluntatis: item commisit eidem D. Monflorito tanquam suo Richario ut faciat diligentem inquisitionem de morte qu. Lottarii de duobus Castellis, & de morte Mariti Serconis de eodem loco, & qui fuerint illi qui eos interfecerunt, & qui fuerint culpabiles verbo vel opere de morte ipsorum. Item commisit eidem Domino Monflorito tamquam suo Richario ut faciat inquisitionem de illis qui fuerunt contra bannum & mandatum ipsius D. Patriarche auferendo vel distribuendo . . . . postquam idem D. Patriarcha hodie die lune introivit cum gente sua terram de duobus Castellis. Item amovit dictum Merulum de affictο Castaldie quam ipse exercuerat in duobus Castellis & commisit eidem D. Monflorito tamquam suo Richario ut ad honorem ipsius D. Patriarche & Ecclesie Aquilegen. eligat aliquem probum virum idoneum & fidelem qui auctoritate D. Patriarche in terra de duobus Castellis exerceat officium Castaldie usque ad beneplacitum dicti Domini Patriarche.

Ego Johannes de Lupico Sacr. Imp. publicus Notarius hiis presens interfui & de mandato dicti D. Patriarche scripsi in formam pubblicam reducendo.

De collecta imposita hominibus de Pinguento.

Eodem Millesimo apud Pinguentum in domo Communis ejusdem loci sita juxta Ecclesiam S. Gregorii die Mercurii XII. intrante Januar. Presentibus D. Petro Quirino de Venetiis D. Asquino de Varmo, D. Sergio de Pola, D. Wittmaro de Faganea & Domino Leonardo de Utino testibus & al. quam pluribus Johannes Castaldio de Pinguento. Manzus Maricus ec.

1278. VI. indictione apud Paduam in Palatio Episcopali die Mercurii primo Jun. presentibus Dominis Johanne Archidiacono Aquilegen. Jacob. Cutica & Cascina de Mediolano testibus ab hoc vocatis & al. Reverendus Pater D. Raymundus dei gratia Sancte Aquilegen. Sedis Patriarcha & Istrie atque Carniole Marchio diligenter attendens grata & accepta servitia que Nob. Vir D. Senisius de Bernardis Civis Paduanus sibi & Ecclesie Aquilegen. hactenus exibuit, & exhibere poterit dante Deo in posterum gratiora eundem D. Senisium de Richaria Istrie ad unum annum proximum venturum, completo anno Nob. Viri D. Monfloriti de Pola qui nunc est Richarius predicti D. Patriarche Marchionis in dicta Provincia Istrie manu propria investivit. Ab eodem D. Senisio ad Sancta Dei Evangelia corporali juramento recepto, quod ejusdem Richarie officium ad honorem ipsius dicti Patriarche ac Aquilegen. Ecclesie diligenter & fideliter exercebit. Omnibus conquerentibus tam pauperibus quam divitibus reddet pro posse justitie complementum & jura & redditus D. Patriarche & Aquilegen. Ecclesie ac collectas seu pagam toto suo posse colliget, exiget, & requiret, & de ipsis juribus, redditibus, & collectis ipsi Patriarche vel suo nuncio aut procuratori reddet quoties requisitus fuerit plenariam & summariam rationem. Et ipsos redditus, collectas, & jura dabit ipso Domino Patriarche vel cui ipse mandaverit ad beneplacitum suum vel Capitulo Aquilegen. si dictus Dominus Patriarcha, quod absit, non esset

superstes, vel promotus fuisset ad aliam dignitatem: de aliis vero que pervenirent ad manus ipsius Domini Senisii de ipso affictο Richarie ipse Dominus Senisius ad suum comodum faciet quatenus sibi placuerit, & videbitur melius expedire, in cujus rei testimonium &c. majus robur dictus Dominus Patriarcha Instrumentum presens fecit sui sigilli pendentis munimine roborari.

Ego Johannes de Lupico publicus Notarius hiis presens interfui & rogatus scripsi in formam publicam reducendo.

Collatio plebis S. Elisei facta Decano Emonen.

1279. VII. indictione apud Civ. Lauden. in Palatio Episcopali die Mercurii VI. intrante Sept. presentibus Domino Petro Plebano de Tricesimo & Petro Milano Plebano plebis de Ivilino Capellanis, & Trayno Canonico Utin. familiare Domini R. Dei gratia Patriarche Aquilegen. testibus ad hoc voc. & al. Cum Ecclesia S. Eliseii sita in contrata loci de Bulleis Diec. Emon. tanto tempore jam vacarit ipsius Ecclesie collatio ad R. Patrem & Dominum R. dei gratia S. Sedis Aquilegen. Patriarcham est jure metropolico devoluta, ut ipse Patriarcha ore proprio fatebatur idem Dominus Patriarcha nolens quod eadem Ecclesia ex vacatione diutina patiatur in spiritualibus vel temporalibus detrimentum ipsam Ecclesiam S. Elisei Domino Symoni decano Ecclesie Emonen. Capellano suo cum juribus omnibus & pertinentiis ad ipsam Ecclesiam spectantibus literaliter contulit, & eum de ipsa, cum quodam annulo manu propria investivit in cujus rei evidentiam & majus robur memoratus Dominus R. Patriarcha instrumentum presentis collationis facte in sigilli pendentis munimine roboravit.

Ego Johannes de Lupico S. I. pub. Not. hiis interfui, & rog. scripsi in formam publicam reducendo.

1279. 7. indictione apud Civit. Lauden. in Palatio Epi-

scopali die Martii 3. intrante Octob. presentibus Presbitero Petro Plebano Plebis de Tricesimo Capellano, Beltramutio de Mediolano Domicello & Trombetto familiare D. R. dei gratia Patriarche Aquil. Plebano de Anono & Ardemanno de Utino testibus ad hoc vocatis & al. D. Bellusius Canonicus Concorden. nuncius Dominorum Philippi Presbiteri Sancti Stephani Aquilegen. Vicarii Generalis dicti Domini Patriarche, & B. Decanus Civitaten. ad presentandum processum cause electionis Ecclesie justinop. per eundem Dominum Patriarcham ipsis Preposito & Decano, & Domino Jacobo Canonico Civitaten. olim commisse acta & processum ipsius causæ, & quædam alia facientia ad causam eandem in quodam sacculo ubi erant conclusa sigillato sigillis pendentibus Dominorum Prepositi & decani presentavit ex parte ipsorum Prepositi & Decani eidem D. Patriarche &c. Littera vero Domino Patriarche missa per predictum Dominum Bellusium Canonicum Concordien. presentata super hujusmodi sigillata erat clausa sub sigillo supradictorum Prepositi, & Decani, & tenoris talis de verbo ad verbum. Reverendo in Christo Patri & D. R. dei gratia S. Aquil. Sedis Patriarche dignissimo Philippus Prepositus S. Stefani Aquil. suus devotus Vic. Generalis, & B. Decanus Civitaten. se ipsos ad quecumque sue beneplacita voluntatis. Ecce per Latorem presentium Bellusium Concorden. Canonicum quem ad hoc specialem nuncium deputavimus, vobis processum cause electionis Ecclesie Justin. per vos nobis commisse juxta discussionem negotii per nos factam in sacculo nostris sigillis munito Dominationi vestre per tantum dirigimus inclusum supplicantes humiliter & devote ut ad provisionem Pastoris utiliter Ecclesie memorate cum acceleratione Paterno affectu intendere dignemini cum sit miserabilis . . . . . . ejus status dat. Civit. penultimo Jul. indictione VII. Ego Johannes de Lupico pub. Not. presentationi hujusmodi actorum, & processus presens interfui & rogatus scripsi in formam publicam reducendo.

1279.

1279. VII. indict. apud Civit. Lauden. in Palatio Episcopali die Sabbati 7. intrante Octob. Presentibus P. Petro Plebano de Tricesimo, P. . . . . Plebano de Julino, Magistro Martino de Crema Plebano de Flambrio, & Domino Symone Decano Ecclesie Emonen. testibus ad hoc vocatis & al. Dominus Bonus Plebanus Plebis de Sacilo Constitutus in presentia R. P. R. dei gratia S. Aquilegen. Sedis Patriarcha proposuit coram eodem Domino Patriarcha, sic dicens. Domine ego jam pluribus diebus sum in terra ista, & transactus est jamdiu terminus assignatus mihi, & Domino Odolrico Decano Justin. qui se opponit mihi super electionem de me factam in eadem Ecclesia Justin. in quo termino ipse & ego debebamus in vestra presentia comparere deffinitivam sententiam audituri. Unde ego sum hic coram vobis & fui in termino, & post terminum, & idem adversarius meus non comparuit per se vel Procuratorem, nec comparet: supplico ut faciatis aperiri processum judicum presentatum coram vobis, & faciatis mihi fieri de ipso Processu copiam in defensionem justitie cause mee. Videns itaque memoratus D. R. Patriarcha quod dictus terminus datus utriq. parti ad comparendum coram ipso super predictis jamdiu transactus erat & dictus Dominus B. Plebanus Sacili & in termino & post terminum pluribus diebus elapsis comparuerat coram ipso, & supradictus D. O. Decanus Justin. neq. per se neque per Procuratorem comparere curavit. Fecit predictum processum judicum aperire & de ipso fieri copiam dicto B. Plebano Sacili superius nominato.

Ego Johannes de Lupico S. Imp. pub. Not. hiis presens interfui & rog. scripsi in formam publicam reducendo.

Eodem die & loco presentibus testibus supradictis R. Pater D. R. dei gratia S. Aquil. Sedis Patriarcha aperuit quasdam litteras sigillatas clausas sub sigillis Dominorum Philippi Prepositi S. Stephani Aquil. & B. Decani Civitaten. quorum tenor de verbo ad verbum talis erat.

Reverendo in Christo Patri & D. Domino R. Dei gratia S. Sedis Aquileg. Patriarche Philip. Prepositus S. Stephani Aquileg. & B. Decanus Civitaten. se ipsos promptos ad omnia beneplacita mandatorum in causa que vertebatur inter B. Plebanum de Sacilo ex una parte, & O. Decanum Justin. ex altera super duabus electionibus de ipsis factis in Ecclesia memorata, quam nobis, & Jacobo olim Magistri Ottonelli Canonico Civitaten. vestra paternitas delegavit, qualitatem, & Ordinem processus habiti coram nobis . . . Jacobo vobis duximus referendum. Citavimus quidem partes edictis legitimis coram nobis cum dicto Conjudice nostro & tandem comparuerunt principales personaliter coram nobis & Jacobo predicto, & petitionibus hinc inde per partes porrectis, & lite legitime contestata, prestitoq. de veritate dicenda a partibus juramento, & factis hinc inde oppositio nibus quampluribus, & responsionibus ad easdem: ex parte dicti Plebani fuit excipiendo propositum coram nobis & dicto Jacobo qui, cum multa essent proposita, & objecta ipsi Decano, videlicet defectus etatis qui apparet per aspectum corporis in eo, & quod administraverit in spiritualibus, ut apparet per publicum instrumentum concedendo indulgentias & in temporalibus usurpando sibi prebenda Episcopi post mortem ipsius, & redditus ejus usq. modo in se recipiendo, paratus erat probare dictus Plebanus per testes sufficientes, quod ipse sit excomunicatus, & Electores sui, ut apparet per sententiam D. Gregorii predecessoris vestri & quod sit irregularis, quod apparebat per publicum instrumentum & perjurum quod sit perjurus, ipse & electores sui, apparet per publicum instrumentum inter cætera evidens defectus scientie, quod non debebamus nec poteramus procedere in dicta causa donec super eodem defectu predictus Decanus esset examinatus per nos & ipsum Jacobum secundum sententiam Lugdunen. Concilii quod incipit. *Si forte inter cætera*. Nos vero diligenter attendentes quod in dicto concilio continetur, comunicato sapientum consilio requisivimus eundem Jacobum canonice, &

debite ut conveniret nobiscum ad interloquendo super concilio Sapientum predicto & ad procedendum in dicta causa juxta formam Concilii memorati. Et quia id facere recusavit nos duo in scriptis interloquendo pronunciavimus dictum Decanum Justin. debere examinari secundum constitutionem Concilii supradicti. Et ideo prout de jure poteramus monuimus & requisivimus semel bis & tertio & pluries jam dictum Decanum presentem, constitutum in judicio coram nobis quod deberet se supponere examini nostro. Quod examen parati eramus facere de ipso super defectu scientie evidenti per partem alteram contra ipsum coram nobis objecto. Et quia Decanus idem contempsisset subiire predicto examini nostro secundum formam memorati Concilii qui est litterali sermone coram nobis tanquam ignorans nunquam aliquid loquebatur ipsum reputantes pati defectum scientie litteralis interloquendo in scriptis pronunciavimus insufficientem & indignum supradictum decanum quoad regimen Justin. Ecclesie antedicte & ipsum Plebanum sufficientem & dignum esse ad regimen Ecclesie memorate. Salva deffinitiva sententia quam in vobis Domine reservastis. Cum & pars altera in judicio confessa fuerit eundem Plebanum ad hanc dignitatem & multo majorem dignitatem fore atque esse sufficientem & precipue cum idem Decanus requisitus per nos in judicio ut proponeret factum suum coram nobis sicut proposuerat memoratus Plebanus factum electionis sue, premisso decenti sermone coram nobis & aliis multis Clericis & laicis ibidem astantibus idem Decanus respondit, quod nesciebat predicare. De quibus omnibus benignitati vestre per publica instrumenta facimus plenam fidem. Unde cum super premissis nil aliud facere habeamus interloquendo pronunciavimus causam predictam sic instructam ad vestram remitti deinceps presentiam juxta tenorem vestri mandati, vobis definitiva sententia reservata. Et ideo processum dicte cause vobis Reverend. Pater remittimus cum actis hujus

cause, videlicet cum forma electionis atque decreti dicti Plebani, & instrumentis aliis per que intendit dictus Plebanus declarare coram nobis jura electionis sue de ipso Canonico celebrate, & cum quibusdam aliis instrumentis que faciunt ad probationem objectorum contra dictum Decanum & premissa omnia in sacculo nostris sigillis sigillato Paternitati vestre duximus transmittenda. Datum Civit. penultimo Sept. VII. ind.

Ego Johannes de Lupico S. Imp. publicus Not. suprascriptas litteras clausas sub sigillo predictorum Prepositi & Decani, & postmodum apertas per dictum Dominum Patriarcham vidi legi tenui & auscultavi & de mandato supradicti Domini R. Patriarche Aquil. scripsi fidelis nihil addens vel minuens quod earundem litterarum mutet sententiam, sive sensum & in pubblicam formam redegi.

Venerabili in Christo Patri suoque speciali Domino R. Dei gratia S. Sedis Aquil. dignissimo Patriarche, Philippus Prepositus S. Stephani de Aquil. & Bern. Decanus Civit. reverentiam debitam & devotam. Sicut per alias litteras nostras quas vestre Paternitati dirigimus in sacculo nostro nostris roborato sigillis conclusas referimus diligenter acta, & instrumenta atque processum cause electionis Justin. per vos nobis comisse, & formam ejusdem comissionis ac utriusque partis jura ad vestram deffinitivam sententiam in eodem sacculo fideliter duximus trasmittenda. Hoc excepto quod Decanus Justin. decretum & formam electionis sue nobis dare noluit nostro fasciculo includenda, nec transmittenda vobis per nos ad id cum instantia requisitus. Super quo ad nostri exonerationem, & sui dicto Magistro Waltero mandavimus, quia per omnia utriusque partis jura, que in se recepit, et habuit seu scripsit, nobis dare deberet, & fideliter assignare, qui totum processum cause manu sua conscriptum ut utriusque partis jura, que in se habebat, ut dixit, dedit nobis fideliter quemadmodum vobis dirigimus in sacculo nostro predicto sigillorum no-

strorum munimine roborato. In uno tamen cum eodem Magistro Waltero non sumus concordes nec ita sentimus, licet conscientiam sine fraude talem habeat in hac parte. Nam cum requisivimus Decanum Justin. de sapientum consilio juxta constitutionem novissimam Domini Greg. X. editam nuper in Concilio Lugdunen. de electionibus, que incipit. *Si forte &c.* ut idem Decanus deferet onus examini nostro subire, super defectu scientie, quem Plebanus sibi excipiendo opposuit in judicio constitutus Decanus supranominatus respondit, quod examen nostrum coram nobis subire nolebat. Hinc in processu commune scripsit Magister Walterus, & addidit verbum istud scilicet *sed suo loco & tempore*. Credens Walterus idem quod prefatus Decanus Justin. omnino dixisset verbum illud. Sed rei veritas ita fuit quod Jacobus Conjudex noster verbum illud subjunxerit, & non ipse Decanus & ita plures . . . . in hac parte. Nos autem quia tam Decanum quam Jacobum Conjudicem nostrum verba predicta audivimus proferentes, idcirco nostras conscientias mutare non possumus, nec debemus. Item quasdam litteras apertas sigillatas sigillo predicti Domini Patriarche quarum tenor talis erat.

R. Dei gratia Aquil. Sedis Patriarcha dilectis filiis Philippo Preposito S. Stephani Aquil. Vicario suo Bernarde de Regon Decano & Jacobo qu. Magistri Ottonelli Canonico Civitaten. salutem, & benedictionem in Domino. Ecclesia Justinopolis olim Pastoris salatio destituta, & electiones due de Episcopo una videlicet de dilecto Filio Odolrico Decano Justin. & alia de dilecto filio Benvenuto Plebano Sacili qui dicitur Bonus Canonicus Ecclesie Justin. fuerunt in eadem Ecclesia in discordia celebrate: de quibus inter predictum Odolricum Decanum ex una parte & prefatum Beneventum Plebanum Sacili Canonicum memorate Ecclesie Justin. ex altera orta est coram nobis materia questionis. Nos igitur de causa ipsa cognoscere nequeuntes extra nostram Provinciam constituti, de

circumspectione vestra plenam in Domino fiduciam obtinentes de consensu & voluntate predicti Plebani de Sacilo & Magistri Rolandi S. Floris Plebani Ceneten. dioc. Procuratoris dilectorum filiorum Almerici Archidiaconi, Flabiani Prepositi de Ruin. Jacobi Scolastici & Presbiteri Johannis de Villana Justin. Ecclesie Canonicorum nec non & dilecti filii Petri Presbiteri cui dicitur Placebo, Canonici Ecclesie Justin. procuratoris sepefati Decani Justin. vobis causam eandem committimus audiendam discretioni vestre mandantes quatenus vocatis qui fuerint evocandi & auditis hinc inde propositis in eadem causa . . . . . . parte datis diffinitiva nobis sententia servata. Testes autem qui fuerint nominati si se gratia odio, vel timore subtraxerint cognitis causis simili . . . . . Quod si non omnes hiis exequendis poteritis interesse duo vestrum . . . . . . exequantur. Datum laude primo die intrante mense Septembr. VII. ind.

1279. VII. indictione apud Civit. Lauden. in Palatio Episcopali die Jovis VI. exeunte Octobre presentibus Alexandro Rectore Ecclesie S. Thome de Castro Canipe. Matheo Not. qu. Viviani de Padua & Manfredo Rubeo de Mediolano testibus ad hoc vocatis & al. R. Pater D. R. dei gratia S. Aquil. Sedis Patriarcha precepit mihi Johanni de Lupico infrascripto Not. ut autenticarem & in publicam formam redigerem infrascriptum procuratorium productum in judicio coram eodem D. R. Patriarcha sedente pro tribunali: ita quod perpetuo valeat & fides ei adhibeatur tamquam publice & autentice scripto. Presentibus Alberico dicto Berlonga Cive justin. procuratore constituto a Domino Odolrico Decano Justin. & Domino Bono Plebano Sacili cujus procuratoris tenor de verbo ad verbum talis erat.

Anno Domini 1279. indict. VII. Act. Justinopoli in majori Ecclesia B. Marie die Lune Mens. Octob. exeunte presentibus D. Odolrico Vicedomino, D. Ginano Canonico Justin.

Ecclesie Odalrico qu. Domini Facine Alberici, Constantino Azonis, & al. quampluribus. D. Odalricus Decanus Ecclesie Justin. Electus in Episcopum & Pastorem Ecclesia vacante sibi constituit, & ordinavit Albericum dictum Berlengam Concivem Justin. presentem volentem, & sponte mandatum suscipientem suum certum nuncium, sindicum Comissarium, & Generalem Procuratorem in causa Electionis celebrate de ipso in Episcopum Ecclesie nominate, quam habet, & habere sperat, seu intendit habere cum Domino Bono Plebano Sacili electo, si electio dici potest coram Rev. Patre D. Raym. dei gratia S. Sedis Aquil. Patriarcha, & ad porrigendum in scriptis procurationis nomine ipsius D. Decani electi & ad impugnandam electionem factam de dicto D. Bono Plebano electo si electio dici potest & ad annullandum quodlibet ejus processum & electorum suorum, & ad opponendum peccatum, crimen, & irregularitates, excomunicationes, & interdictum & suspensionem tam ipsi Plebano sic electo, quam electoribus suis & ipsius Electioni atque decreto & ad omne ipsius negotium causæ proseguendum & ad ipsum D. Decanum de omnibus & singulis justis indipendentibus & fortuitis accessibus, extricandum, agendum, defendendum, opponendum, respondendum, excipiendum, replicandum litem contestandum, jurandum in omnia ipsius D. Decani de calumpnia & veritate dicenda & de quovis alio genere jurandum si fuerit opportunum & satisdandum & omnem cautionem jure necessariam prestandum & satisdare & similem cautionem fieri a parte altera exigendum. Testes, & instrumenta producendum & reprobandum, & inter legationes unam & plures, deffinitivam sententiam audiendum, & ad appellandum si opus fuerit & appellationem prosequendum & ad sustituendum alium procuratorem in omnibus supradictis & accusandum predicti Plebani & electorum suorum contumaciam, & ad petendum ipsos condempnari in expen. & excomunicari sua contumacia exigente & ad omnia alia, & singula fa-

cienda que per verum & legitimum procuratorem fieri possunt. Volens ipsum Procuratorem & substitutum ab eo relevari ab omni onere satisfactionis & expensarum & de indicato solvendo tempore sententie & judicio sisti promisit dictus Dominus Decanus electus mihi Not. infrascripto sub hypotecha suorum rerum recipienti & stipulationi pro omnibus quorum interest vel intererit firmum & ratum habere per omnia & tenere quicquid per dictum Procuratorem vel substitutum ab eo factum fuerit in premissis. Ego Almericus qu. Bertandini Justin. & Not. incliti Domini . . . . Istrie atque Carniole Marchionis interfui & rogatus scripsi & roboravi, & pronunciavi dictum procuratorium sufficiens.

Quibus peractis idem Dominus Patriarcha assignavit terminum utrique parti ut cras die veneris post horam nonam compareant coram eo in Palatio Episcopali Lauden. ad faciendum quod de jure fuerit faciendum. Quo termino adveniente ambe partes comparuerunt in judicio coram eodem Domino Patriarcha, & iterum dictus D. Patriarcha prefixit de communi partium voluntate terminum utrique parti usque ad diem lune proxime venturum. Videlicet penultimum presentis mens. Octob. ut in predicto Episcopali Palatio compareant coram eo audituri quod ipsi duxerit proferendum. Adveniente autem termino supradicto scilicet die Lune penult. Octob. & predicto Domino B. Plebano Sacili allegante coram ipso Domino Patriarcha quod procedendum erat per eundem D. Patriarcham ad deffinitivam sententiam proferendam per modum cedule porrecte in judicio coram ipso D. Patriarcha cujus tenor de verbo ad verbum talis erat.

In nomine Domini. Iste sunt brevissime Allegationes per quæ intendit D. B. Plebanus de Sacilo ostendere vobis Reverendo Patri Domino R. dei gratia S. Sedis Aquileg. Patriarche & vestris Consiliariis quod procedendum est ad sententiam proferendam, vel hic, vel alibi in Provincia vestra per

vestrum

vestrum Vicarium. Et primo quia per vos Reverende Pater commissum fuit judicibus delegatis ut causam electionis justinopolitan. Ecclesie, & processum dictorum judicum ad vos mitterent, facto precepto partibus per eosdem ex parte vestra ut certo termino in vestris litteris comprehenso coram vestra presentia comparerent, justam dante Deo sententiam audituri. Cum igitur partes per se vel per procuratores sufficientes sint hic presentes deberetis procedere ad definitivam sententiam proferendam juxta mandatum vestrum, ne partes decepte sint principali vestra auctoritate de his qui veniam etatis imperant L. prima *& Ecclesia nullum debet actis suis decipere*. Extra. *de donationibus*. C. *per tuas*, & si aliter fieret quod non procederetur ad definitivam sententiam proferendam, jam illusoria esset illa vestra sententia monitoria quod esse non debet, ut ff. *de judiciis*. C. *si Pretor* circa principium extra. *de postularum* Capitulo *Bone* XVIII di. O. *in memoriam*. Unde per ista & alia infinita similia procedendum predicto modo ad definitivam sententiam proferendam. Secundo procedendum est ad definitivam sententiam proferendam nec danda est dilatio aliqua de causa pretextu aliquorum instrumentorum vel actionum cum omnia instrumenta & acta precepto judicum in sacco recondita eorum sigillis sigillato, quibus debet tantum credi, vobis per fidelem nuncium eorum fuerunt presentata; & preceptum fecerit partibus ut omnia instrumenta & acta quibus ad defensionem cause uti valebant in sacco ipso ponere debuerant. Alioquin non obstante alicujus negligentia ipsi remitterent cum instrumentis & actis presentatis. Unde cum actis, & actitatis judicum sit tantum credendum, ut dicitur C. *quoniam contra falsam* extra. *de probationibus* & *de electione bone memorie*, patet quod per predicta non obstantibus adverse partis frivolis allegationibus procedendum est ad definitivam sententiam proferendam. Quid plura? cujusmodi acta vel instrumenta intendit adversarius dicti Plebani habere cum

omnia acta sua, & instrumenta huic cause necessaria vobis per judices sint transmissa? Ut puta quecumq. omnia acta sunt coram eis actitata in uno volumine sunt redacta . . . electio adversarii dicti Plebani cum coram vobis fuerint presentata hic adsunt in nota Magistri Johannis cum hiis contingentibus sibi. Unde si adest electio cum convictis, & adsunt acta coram judicibus perfecta: nescio quid alterum sit necesse adversario predicto ad ejus electionem abilitandam & ostendendam ut pro eo sibi pronunciandum quia dilatio non debet dari nisi urgentissima causa adsit. C. *de dilationibus* L. I. & eod. tit. L. *precedente*, cum infinitis similibus. Unde hec dilatio que ab adversario dicti Plebani petitur cum in nullo possit eum relevare non est danda, sed deneganda, & per dicta est procedendum ad definitivam sententiam proferendam. Tertio procedendum est ad definitivam eo quod mora est in electionibus valde periculosa, & non tantum in rebus temporalibus imo etiam in spiritualibus ne gregi Dominico diu desit cura pastoris. Hoc dicunt jura quam plurima. extra. *de election.* C. *cum inter universas Metropoles* in fine. ubi dicitur *quia mora in vacationibus Ecclesiarum* est valde periculosa, & eodem tit. *ne per defectum Pastoris lupus rapax gregem Dominicum invadat*, quinquagesimo d. C. *postquam* extra. *de concess. prebende & Ecclesie*, & C. *nulla*, unde per predicta concluditur quod procedendum est ad definitivam sententiam proferendam per preallegata secuudum preceptum vestrum in quo taliter utrique parti cominabimini, ut sive presentes, sive absentes essent partes, vel aliqua earum quod procederitis ad sententiam definitivam proferendam. Unde per preallegata & cominata peto ego Benvenutus Plebanus Sacili quod procedatis ad sententiam definitivam proferendam super transmissis, & confirmatis electionem meam reliqua infirmata vel nulla pronunciata. Cum boni presidentis sit lites ad finem perducere §. *si certam poterat* L. *quidam* extra. *de transactionibus* C. *ultro*. *Quod*

deest allegnati suppleat discretio judicantis & protestatus fuit dictus Dominus Plebanus expensas factas, & faciendas. Lectis itaque in judicio allegationibus supradictis Albericus Berlenga Procurator Domini Odalrici Decani Justinopolitan. sic respondit. Domine Patriarcha, ego non veni nec sum hic causa placitandi cum Domino Plebano Sacili sed veni ad allegandum, & excusandum impedimentum Domini mei Decani Justin. cujus sum Procurator. Verum est quod Dom. meus Decanus mittebat quemdam suum Procuratorem Petrum Presbiterum dictum Placebo cum juribus & nominibus suis ad prosequendam ipsius Decani justitiam coram vobis, super questione que vertitur inter ipsum Dominum Decanum Justin. ex una parte, & ipsum Dominum Plebanum ex altera super electiones Ecclesie Justin. qui Procurator occisus fuit in via, itaque non potuit venire ad presentiam vestram & acta cause hujus, & omnia jura defensionis ipsius Decani pervenerunt ad manus cujusdam Notarii D. Marchionis Estensis ita quod ea habere non potui. Unde peto nomine dicti Domini Decani, & pro ipso procuratorio nomine quod detis mihi terminum competentem in loco ubi ipse D. Decanus personaliter vel per procuratorem suum coram vobis valeat cum suis juribus, & rationibus comparere, & defendere causam suam. Tunc vero D. Patriarcha auditis allegationibus utriusque partis dixit. Nos audivimus quidquid de jure vestro voluistis proponere coram nobis, habebimus consilium, & faciemus quod fuerit faciendum. Eadem denique die memoratus Dominus Patriarcha prudentum virorum habito cum deliberatione consilio, quia memoratus Albericus Procurator dicti Decani allegabat quod acta sua erant deperdita propter casum contingentem in Persona quondam Presbiteri Placebo procuratoris predicti Domini Decani in partibus Ferrarie, ne propter casum hujusmodi idem Procurator dicti Decani vel idem Decanus haberent justam materiam conquerendi, Idem Dominus Patriarcha volens & misericorditer agere cum ab-

sente, partibus in judicio constitutis coram predicto Domino Patriarcha de communi partium voluntate prefixit utrique parti terminum peremptorium ut XV. die post introitum ipsius Domini Patriarche in terram Forijulii ambe partes personaliter cum omnibus juribus & defensionibus suis in Aquileja compareant coram eo ad procedendum in causa, & quod de jure fuerit audiendum & si dies termini in diem incidit feriatam sequens non feriata pro termino habeatur. Alioquin alicujus suorum absentia non obstante ipse Dominus Patriarcha procedet in eodem negotio prout de jure fuerit procedendum.

Ego Johannes de Lupico Sac. Imp. pub. Not. hiis interfui presens & rogatus scripsi in formam pubblicam reducendo.

Supplica del Canonico Bono al Capitolo per conferma di sua elezione; e conferma del Capitolo.

Plebanus Sacili qui cognominor Bonus Canonicus Justin. a vobis peto instanter electionem de me Canonice factam in Pastorem & Episcopum Ecclesie Justin. vestra suffragant . . . . confirmari & electiones de Domino Odalrico de . . . . qui dicebatur Biffi si dici potest electio ad eandem Ecclesiam factam cassari, & cassam irritam pronunciari . . . Canonice acceptata & circa ea, & eorum quodlibet . . . . officium vestrum imploro. Salvo semper quolibet jure meo in predictis omnibus, & singulis predictorum, cujus Petionis copiam procurator adverse partis petiit, & eidem de . . . . . ipsius petitionis copia data fuit . . . . . Dominus Plebanus Sacili ut pred. . . . . . Instrumentum cujus . . . . . . noscitur esse talis. In Christi nomine . . . . Anno 1278. ind. VI. intrante Mense Novemb. presentibus . . . . Conrado Presb. & Sacrista Wolrico . . . . . Albona. Almerico Not. & al. Dominus . . . . Ecclesie Justin. suum certum nuncium . . . . Patris Domini R. Dei gratia . . . petendum Electionis confirmationem . . . : . . . & ad agendum, & defendendum . . . . tam simplices

quam legendus . . . . & ad omnia & singula facienda (*Caducum per plures lineas*) : habent quidquid idem Procurator vel substitutus ab eo fecerint in premissis.

Ego Johannes Hengaldei & Incliti Marchionis Not. hiis omnibus interfui. Rog. scribere scripsi & roboravi. Illus. vero Rolandus de Urbe Veteri Plebanus S. Florii Cenet. Dioc. Procurator Dominorum Almerici, Presbiteri Jacobi Scolastici, Flabiani Prepositi de Ruino, Presb. Johannis de Villana Canonicorum Ecclesie Justin. ostendit procuratorium per publicum instrumentum cujus tenor de verbo ad verbum talis est.

Anno Domini 1278. ind. VI. die 11. intrante septemb. Act. Justin. in Majori Ecclesia S. Mariæ presentibus Presbitero Janino Gerardo Clerico Johanne Belgramono Not. D. Walperto de Parchardo Anxilo Not. & aliis testibus ad hoc voc. Reverendi Viri Domini Almericus Archidiaconus Justin. & Presbiter Jacobus Justin. Scolasticus Dominus Flabianus Prepositus de Ruino & D. Presbiter Johannes de Villana Ecclesie Justin. Cancel. nomine suo, ac vice ac nomine Capituli Justin. & Ecclesie supradicte fecerunt & constituerunt D. Magistrum Rolandum de Urbe Veteri Plebanum S. Florii Coneten. dioc. licet absentem suum certum nuncium & specialem syndicum, & Procuratorem in causa electionis celebrate per ipsos immo per ipsum Capitulum Justin. de Domino P. Benvenuto qui Cognominatur Bonus Plebano Sacili Justin. Canonico in Episcopum & Pastorem Ecclesie Justin. predicte in causa quam habent & habere sperant cum Domino Odalrico qui dicebatur Biffus Decan. Justin. & cum Presbitero Gerzano, & Wezelono ac Adelardo Canonico Justin. nec non cum Presbiteris Corrado qui se gerit pro Sacrista Justin. Malgareto, & Petro cui dicitur Placebo qui cum universis & singulis & dictam electione impugnant vel impugnare intendunt, coram Venerabili P. D. R. Patriarcha Aquil. vel coram quovis ejus in hac parte judice delegato, seu & in questione quam habent vel

habere sperant in causa Electionis si electio dici potest que dicitur esse facti de dicto Decano Justin. in Episcopum Ecclesie memorate coram predicto D. Patriarcha. Videlicet ad comparendum coram Ven. Patre supradicto Domino R. Patriarcha seu Metropolitano Aquil. ad petendum ab ipso, & a quovis ejus in hac parte judice delegato confirmationem ejusdem electionis facte per ipsos Dominos Presbiterum Almericum Archichidiaconum, & Presbiterum Jacobum Scolasticum dictum Flabianum Prepositum de Ruino, & D. Presbiterum Jo. de Villana Canonicum Justin. qui sunt majores, meliores, & seniores Capituli amodo per ipsum Capitulum celebrate de Domino Benvenuto Plebano Sacili Justin. Canonico supradicto & ad impugnandam electionem factam de dicto Domino Odalrico Decano Justin. occasione ipsius electionis si dici potest electio tam ab ipso Domino Patriarcha seu a Metropolitan. Aquil. quam ab ejus super hec Judice delegato. Et ad opponendum peccatum crimen & defectus irregularitates excomunicationes suspensiones & interdicta contra ipsum Decanum Justin. sic electum quam suis electoribus & ipsi Electioni ac decreto ipsius si electio dici poterat & ad prosequendam causam appellationis interpositam per ipsum Archidiaconum & sequaces ejus ad eundem D. Patriarcham super eo quod Dominus Decanus & Presbiter Geronimus . . . . . . auctoritate propria, consensu ipsorum, immo ipsis contradicentibus admiserunt Presbiterum Corradum Sacristam, Presbiterum Malgaretum, & Presbiterum Petrum qui dicitur Placebo de Justinopoli non canonice ad Ecclesiam de ipso . . . . . & ad certos contractus Capituli . . . . . . decreti Electionis . . . . . qui hactenus electi fuerunt in ipsius Ecclesia Confratres, & Canonicos cum tredecim aliis Clericis minus dignis, & ad irritandum hujusmodi negotium, seu processum dictorum Decani & Geronimi Presbiteri memorati, & ad agendum, deffendendum, opponendum, excipiendum, replicandum litem contestandum jurandum in om-

nia ipsorum Capituli & Canonicorum de calumpnia & verificatione dicenda & de quovis alio genere juramenti si fuerit opportunum. Testes & instrumenta producendum & reproducendum interlocutoriam unam vel plures & difinitivam sententiam audiendum & appellandum si opus fuerit, & appellationem prosequendum, & ad alium, seu alios procuratorem & Sindicos substituendum. Et ad omnia alia generaliter, & specialiter faciendum que per verum, & legitimum Procuratorem & Syndicum fieri possunt. Promiserunt namq. supradicti Domini P. Almericus Archidiaconus & P. Johann. Scolasticus dictus Flabianus Prepositus de Ruino & P. Johann. de Villana Canonicus Justin. pro se, & pro Ecclesie Justin. Capitulo firmum & ratum tenere, & habere per omnia quod dictus Magister Rolandus Pleb. S. Floris Synd. Procurator predictus seu substitutus, vel substituti & ab eo procuratore in predictis omnibus & contra predictos fecerint vel duxerint faciendum. Volentes in supradictum Procuratorem, & Syndicum seu Procuratores & substitutos ab eo relevare ab omni satisdatione onere & expen. & de judicato solvendo. Promiserunt mihi Not. infrascripto sub hypotheca suarum rerum stipulanti nomine, & vice omnium quorum interest vel interesse potest firmum & ratum habere quidquid per dictum Procuratorem & Syndicum vel per Procuratores unum vel plures substitutos ab eo facta fuerint in predictis. Ego Geynus filius qu. Magistri Ricardi Justin. & Incliti D. Patr. Mar. Not. hiis omnibus rogat. interfui & roboravi.

De quo predicto Plebano Petro Procuratore Domini Odalrici Decani justa copia facta fuit & datus fuit terminus per predictum D. Patriarcham predicto D. Benvenuto Plebano Sacili & predictis procuratoribus utriusque partis usque ad diem lune prox. videlicet die exeunte predicto tertio mense Novembr. ut compareant coram ipso ad deliberandum super petitionibus suprascriptis. Eadem die termini adveniente presentibus Venerabili

Patre Domino Bon. Johanne Episcopo Lauden. Fratribus Humili & Bonfilio ord. Minor. & Domino Widone Memlosio de Mediolano familiaribus dicti D. Patriarche testibus & al. memoratus D. Benvenutus Plebanus Sacili Canonicus Justin. & Magister Rolandus Plebanus S. Flory Procurator pro se suo nomine & omnium aliorum pro quibus est & in hoc negotio prelegerint in presentia dicti Domini Patriarche pro suo Judice Dominum Bernardum Decanum Civitaten. & predictus D. Petrus qui dicitur Placebo pro se, & pro dicto Domino Odalrico Decano

---

Manca il rimanente; ma è certo, che l' elezione di Buono fu confermata dal Patriarca. Il Coletti nei supplementi all' Italia Sacra *(T. V. p. 384.) lo assegna erroneamente circa l' anno 1275.*

SUPPLEMENTO

AD ALCUNE OMMISSIONI

DELL' APPENDICE I.

Processo per l' elezione in Vescovo di Cittanuova seguità nel giorno X. di Maggio MCCLXXXIV, e confermata dal Patriarca Raimondo il giorno XXI di detto mese nella persona di Simon-Decano della Chiesa di essa Città: dall' Originale di Francesco Nasuto *Notaro. Quello di Egidio antecessore di Simone nella detta Cattedra Vescovile si stampò nel Tom. XV.* delle Opere *p.* 286., *e seg.*

1284. Indictione XII die mercurii XV exeunte Majo apud Civitat. in Palatio Domini Patriarche presentibus Dominis Bernardo Decano Ecclesie Civitat. Ambrosio Preposito Crivello de Italia Cerardino Feltrino & Willino rubentio testibus & aliis. Constitutus in presentia Venerabilis Patris Domini Raimundi dei gratia S. Sedis Aquil. Patriarche pro Tribunali sedentis Dominus Symon Decanus Ecclesie Emon. petebat humiliter ab ipso Domino Patriarcha, ut electionem de se factam in Episcopum Emon. Ecclesie confirmaret. Ex adverso comparens Magister Walther Scolasticus Ecclesie Civit. Procurator & Sindicus Dominorum Presbiteri Andree Archidiaconi Presbiteri Pauli Pellegrini & Francisci Canonicorum Ecclesie Emon. . . . . apparet per quoddam publicum Instrumentum per eum illic productum cujus tenor de Verbo ad Verbum . . . . esse taliter. Anno Domini 1284. ind. XII. die X intrante Majo, Emon. in Choro Ecclesie Sancti Pelaii, presentibus Domino Butolino Notario, Almerico de Govrida, Almerico filio predicti Domini Cefoni & aliis presentibus testibus ad hoc vocatis &

rogatis. Ibique Presbiter Andreas Archidiaconus Emon. Presbiter Paulus, Subdiaconus Pelegrinus & Franciscus, Canonici Emonen. fecerunt comparuerunt, & ordinaverunt, Dominum Magistrum Waltherum Scolasticum Civit., Petrum Crudonum *pacem ferens* bone memorie Domini Egidii olim Episcopi Emonen. quamvis absentes eorum certos Nuncios & Procuratores legittimos & sufficientes Responsales & Syndicos, coram Domino Raymundo Dei gratia S. Sedis Aquil. Patriarcha, & coram quocumque alio judice spiritali & congregatione, causa quam habent & sperant seu credunt & intendunt habere specialiter cum dicto Symone qui dicit se esse electum Ecclesie Emonen. si electio dici potest, & cognosci contra omnes alias personas tam Ecclesiasticas, quam seculares, petentes confirmationem supradicte Electionis. Ad agendum judicandum resistendum proponendum excipiendum, respondendum, probandum, reprobandum testes & probationes inducendum securitatem prestandum, componendum, compromittendum in Arbitros, Judices eligendum, & testandum & ad litteras imponendum tam simpliciter quam legendi gratia & instrumenta continentes, & in omnia jurandum & alios procuratores substituendum Sententias & interlocutiones audiendum appellandum prosequendum, & ad omnia & singula facientes, quæ in dicta causa fuerint necessaria & opportuna & tanquam sufficientes procuratores, ut dictus Dominus Archidiaconus & Canonicus supradicti si presentes essent facere possent: & si isti Procuratores in curia & in jure interesse non possunt duo eorum vel unus tantum ea exequatur, promittentes per se & dicta Ecclesia Emon. se ratum & firmum habiturum, quidquid per duos Procuratores & substitutos per eos in dicta causa & in predicta duxerint faciendum & ipsimet Procuratores & . . . . substitutos per eos relevant ab omni satisfactione de judicato solvendo, & onere expensarum. Ego Guido de Vidono Notarius Sac. Imp. rogatus fui & scripsi. Opposuit se Procuratorio nomine per pre-

dictis Archidiacono & Canonicis confirmationi ipsi electionis dicens quod cum predicti quorum erant Procuratores Canonici erant Ecclesie Emon. & eis non citatis nec requisitis sed potius contemptis predicta electio facta fuit si electio dici potest proposuerunt quod confirmanda non erat ipsa electio sed potius infirmanda. Ad quae dictus Dominus Symon dicit quod ipsi non essent Canonici Emon. & dato sine prejudicio quod essent Canonici Emon. excomunicati sunt propter quod non debebant citari nec reperiri ad ipsam electionem celebrandam & hoc suo loco & ipse erat paratus probare. Et tunc habitum est pro litis contestatione & prefixit terminum idem Dominus Patriarcha utrique parti ut die veneris proximo apareant in Civitat. coram eo ad procedendum in causa quatenus de jure fuerit procedendum. Et eidem Domino Symoni ad probandum & inficiendum excomunicationem predictorum Canonicor. & si dies . . . . Die Veneris XIII exeunte Majo apud Civitatem in nova Lobia Palatii Dom. Patriarche presentibus Dominis Bernardo Decano Jacobo Canonico Ecclesie Civitat. Magistro Stephano Saxo de Padua, & Nicolao de Perusio Presbiteris Deodato & . . . . . . Capellanis Domini Patriarche & al. Comparentibus coram Reverendo Patre predicto Domino Patriarcha in judicio existenti predicto Domino Symone Decano Ecclesie Emonen., & Magistro Waltero Procuratore predictorum Archidiaconi & Canonicorum idem Dominus Symon produxit quasdam litteras & Instrumentum quorum tenor inferius anotabitur. Quibus productis idem Dominus Patriarcha de voluntate partium statuit eis terminum ut die lune proximo compareant apud Civitatem coram eo ad procedendum in causa quid de jure fuerit procedendum & eodem Magistro Gualterio ad habendum deliberandum super instrumenta, & litteras & ad allegandum & dicendum contra ipsas litteras & instrumenta & si dies terminum &c.

Die lune decimo exeunte Majo apud Civitatem in Pa-

triarchali Palatio presentibus Dominis Bernardo Decano Civit. Peregrino Archidiacono Carniole Petro de Petris Archidiacono Cornee & Alberto Not. testibus & al. Cum hodie datus esset terminus predicto Magistro Gualterio ad dicendum, & allegandum contra predicta instrumenta & litteras productas per predictum Dominum Decan. Symonem per que excomunicationem probare volebat predictorum Archidiaconi & Canonicor. quorum dictus Magister Walterus erat procurator. Idem Magister Walterus coram predicto Domino Patriarcha in judicio existenti dixit & protestatus fuit quod non videbat quid possit dicere contra ipsas litteras & instrumenta quod dicere & allegare nolebat contra ipsa, & petere volebat ab eodem Domino Patriarcha ut Domino Symone predicto suam electionem confirmaret, idem Magister Walterus petiit copiam decreti sive electionis sibi dari datoq. sibi decreto predictus Dominus Patriarcha statuit terminum eisdem partibus de voluntate ipsarum ut die mercurii proximo compareant coram eo apud Civitat. ad procedendum in causa quatenus de jure fuerit procedendum. Et eidem Magistro Waltero ad dicendum & deliberandum contra decretum electionis Domini Symonis supradicti personas elegentium & contra personam ipsius electi. Et si dies . . . . . ec.

Die Mercurii VIII exeunte Majo apud Civitat. in nova Lobia Palatii D. Patriarche presentibus Fratre Humili ordinis minorum Magistro Peregrino Archidiacono Carniole & Presbitero Millano de Rosato testibus & al. Cum datus esset hodie terminus Magistro Walterio procurator. predicto ad deliberandum & allegandum seu dicendum contra formam electionis dicti Domini Symonis, contra personas ipsum elegentes & electi. Idem Magister Walterus procuratoris nomine coram predicto Domino Patriarcha sedenti pro tribunali dixit, & protestatus fuit quod non videbat quid posset dicere contra formam electionis & personas eligentium & electi predictorum nec va-

lebat contra hoc aliquid dicere & allegare. Et cum peteret idem Dominus Symon humiliter ab eodem Domino Patriarcha ut suam electionem confirmaret, dixit idem Dominus Patriarcha quod super hoc deliberare volebat, & postea facere quid fuerit faciendum ec.

Estratti da' varj Documenti esistenti presso l'Abbate Don Giuseppe Bini Arciprete di Gemona.

1255. 7. Maij. Concessio Potestatis Ambaxatoribus Communis Justinopolis.

1265. . . . . Confirmatio Potestatis Parentii.

1258. 18. Mart. Licentia concessa Communi Montonæ eligendi sibi Potestatem ad annum.

1258. 23. April. Compromissum Communis Montonæ, & Communis Parentii in D. Patriarcham Gregorium super controversiis inter Communia ortis.

1258. 1. Maij. Intimatio treguarum iisdem Communibus facta a Vicedomino D. Patriarchæ.

1258. 13. Jul. Concessio Communi Muglæ eligendi Potestatem ad annum.

1258. 7. Jun. D. Vinterus de Pisino promittit se stare mandatis D. Patriarchæ pro Castro Gotenysch in contrata de Gotygs a se nuper constructo, & pro securitate oblig. in manibus ejusdem D. Patriarchæ Villas S. Viti, Adwach, & Potuls, quas habebat ad rectum & leg. feudum ab ipso Patriarcha.

1258. 13. Jun. Sententia arbitraria D. Patriarche inter Communia Parentii, & Montonæ pro damnis illatis.

1257. 6. Maij. Contractus cujusdam Vinee inter D. Marcum Coppo de Venetii, & Eleazarium de Justinopoli, cum Confirmatione D. Patriarche Marchionis Istriæ.

1278. 15. Jun. D. Raymondus Patriarcha committit D. Monflorito de Pola tamquam suo Richario custodiam Turris de duobus Castellis.

1278. 12. Jan. Collecta imposita hominibus de Piaguento.

1778. 1. Jun. Investitura Richariæ de Istriæ concessa Nob. Viro D. Senisio de Bernardis Civi Paduano a D. Patriarcha.

1279. 28. Dec. Litteræ reprehensoriæ a D. Patriarcha scriptæ D. Senisio de Bernardis Richario Istriæ.

1279. 1. Sept. Investitura Gastaldiæ Muglæ concessa Vitali de Mugla.

1319. 18. Aug. Concessio Marchionatus Istriæ Francischino de la Turre. Eusebius de Romagnano Not.

1319. 1. Sept. Investitura DD. Sergii & Nassinguerræ de Pola. Item Investitura Johannis qu. Guercii de Justinopoli, & D. Guicardi de Petrapilosa. idem Not.

1320. 31. Mart. Concessio Communi Mugle quod Potestas ipsius terre gerat officium Gastaldionis Patriarchalis. Idem.

1326. 9. Octob. Instrumentum Notarie concesse discreto Viro Philippo quondam Johannis de Stumulo de Jadra habitatori in Mugla a Vicario Pagani Patriarche. Idem

1328. 26. Nov. Licentia concessa Communi de Pola eligendi Potestatem. Idem.

1331. 18. Mart. Investitura Johannis qu. Aymerici Diethemari de Pirano. idem.

1349. 2. April. Licentia concessa Judici, Consilio & populo Terræ Muglæ eligendi Potestatem pro uno anno; confirmatusque est a D. Patriarcha ad instantiam Ambaxatorum ipsius terræ Nob. & Sapiens Vir Laurentius Maripetro de Venetiis. Gubertin. de Novate Not. Patriarchalis.

1349. 7. Maij. Concessio Marchionatus Istriæ ad unum annum pretio 300. Florenorum Nob. Viro Johanni de Stegemberg. Gubertin.

1349. 23. Jul. Investitura Villæ Gubertini diæc. Emonen. facta Nicolao D. Colli qu. ser Jacobini de Placentia Pro-

curatore ser Dominici qu. D. Colmani de Verzerio de Justinopoli Vassali Aquilegen. Ecclesie constituentis suo nomine, & nomine Colmani ejùs Nepotis, & filii qu. ser Verzerii de Verzerio fratris ipsius ser Dominici, ac etiam nomine Verzerii similiter ejus Nepotis filii qu. ser Simonis de Verzerio Fratris predicti ser Dominici. Gubertin.

1349. 21. Nov. Investitura Hermacore qu. Luvisini de Pinguento de feudis familiæ suæ antiquis. Idem.

1349. 23. Sept. Confirmatio Potestatis Terræ Muglæ pro dimidio anno in persona Nob. militis D. Bonjacobi Vicecomitis de Cremelino, electi a discreto Viro Jacobo dicto Malpellio Ambaxatore Communis dictæ Terræ. Idem.

1350. 18. April. Concessio Marchionatus Istriæ Magnifico Viro Comiti Stephano nato Illustris & Potentis Viri D. Bartholomæi Comitis Veglæ, & Modrusæ. Gubertin.

1350. 2. April. Confirmatio Potestariæ Muglæ in personam Magnifici Viri D. Stephani nati Magnifici Viri D. Bartholomei Comitis Veglæ Possegæ; & Medrussæ pro dimidio anno. Gubertin.

Libro o Vacchetta segnato Z di Antonio Bellone. MSS. *originale dell' Archivio di Casa Egregis.*

1349. 23. Jul. Instrumentum Dominici quod Domini Colmoni de Virgerio de Justinopoli Villæ Gubertini diec. Emonen. ibid.

1350. 2. April. . . . . . . Dominus Stephanus frater Magnif. viri Domini Bertoldi Comitis Veglæ Possegæ & Medussæ confirmatus fuit in Potestatem Muglæ per electionem populi Muglæ.

1265. 15. Apr. D. Gregorius Patriarcha obbligavit Almerico Brati Justinopol. Castrum S. Georgii de Laynius.

1326. 20. Junii Sententia pro illis de Justinopol. per

curiam. Vassallorum - Ville feudalis de Sorbaro per sex menses in Villa de Topallenez Emonen. diec.

13. exeunte Februario Dominus Episcopus Tergesti dedit in concambium an. 1296. Domino Ray. Patriarche omne & totum jus decimale, quod habet in tota terra & territorio Mugle tam in Castro & Burgis Mugle decimam tam bladi quam vini & salis & tam vivi quam mortui quod sibi exciderat per obitum D. Ulrici de Mumilano, pro parocchiali Ecclesia S. Canciani de ultra Isoncium Aquil. dieces. Eo die aliud concambium suprascriptorum . . . . . unum pro temporalibus sept. ad Ecclesiam S. Canciani & Comiani per 1200. lib. Venet. parv.

1357. 5. April. Licentia dicta illis de Bulleis in Istria ad buscandum & pascendum in territorio D. Georgii de Istria prope Castelonum.

1351. 15. Jul. Investitura Hermagoræ quod Cinisini de Pinguento propter habitantiam Castri Veneris & quosdam mansos & locos sitos in Villis de Cerponisch & de Cablaghuca in Carsis & redditus in domo sita in Pinguento.

1351. penultimo Octob. investitura Domus de rivarota Io. quondam Vicellini de Sabinis de Justinopoli acta . . . . . in Villa Valmarosa justinopol. dieces.

1216 15. ex Julio Investitura unius molendini in flumine sdobe facta Domino Leazaro dicto Zoliaco Civi justinopol. jure recti, & legalis feudi.

Violini Majo 1301. 6. exeunte Notarii Investitura Nicolai quondam Johannis habitatoris Aquileg. . . . . Francisci quondam Domini Guarini Engaldei de Justinopoli confinat. Venetor. petit investiri a Corrado quond. Domini Ulrici de ramphimberg de Villa Figarolæ Justinopol. diecesis & al. Feudor. 1301.

in scriptis feudis.

1331. 11. Jan. Villa, & decima de glema est feudum Episcopatus Justinopol. spectans ad Verzios.

In un Libretto di Vacchetta n. 8. MSS. originale presso l' Abbate Bini.

1131. 11. Jan. Villa & decima de Glema est Feudum Episcopatus Justinopolis spectans ad Verzios.

Justinopolis

1306. 11. Decembr. Eo die Philippus & Limisius Fratres, & Filii qu. Domini Concii de Civitate vendiderunt pro XXIV Marchis Ratolfo qu. Pipi de Justinopoli unum Mansum Manzani in Villa S. Johannis de Mangara rectum per cavacium jure recti & legalis Feudi D. Patriarche. Item medium Mansum in Ronchiis ultra Isonsium jure Feudi Comitis Goritie. Item medium Mansum in Rancolian rectum per Gardulum jure Feudi dicti Comitis.

1390. 2. Septemb. Dominus Patriarcha habet Domum in Palatio Pole in qua moratur . . . . . . Dominorum de Pola.

1327. 5. Augusti Patriarcha Paganus erat Patruelis Patriarche Raymundi pro Ecclesia S. Antonii Aquileje, concessa Episcopo Parentino solvendo Cereum lib. 3. in festo S. Hermagore annuatim Ecclesie Aquilegiensi.

1301. Die primo exeunte Majo investitura Nicolai qu. Johannis habitatoris Aquileje procuratoris Francisci Filii qu. Domini Guarini Hengaldei de Justinopoli . . . . In Venetiis petiit investiri a Corrado Filio qu. Ulrici de Reinfembergh de Villa Figarole Justinop. dieces. & de aliis Feudis &c. & quod det in scriptis per mensem Feuda &c.

1345. Ultimo Apiil. Investitura Verzerii Filii qu. D. Colmani de Verzerio nomine scilicet Domini Guardevi & Fortulini Fratrum qu. D. Colmani de . . . . & eorum filiorum de Justinopoli totius Ville de Cumbervis dieces. Emon. & de omni alio Feudo quod dictus Dominus Colmanus habebat.

1296. Permutatio de Ecclesia S. Canciani ultra Isoncium cum decima Mugle inter Patriarcham Raymundum & Episcopum Tergestinum manu ejusdem &c.

Sententia arbitraria inter Comitem Goricie & Patriarcham Aquil. quod Patriarcha demittat Albonam Flanonam Pinguentum duo Castella; quod omnes strate a Pontaiba, & Canale Crucis sint libere ad quemcumque Portum maris. Manu Valteri 3. Octob. 1296.

De Justinopoli.

ad. 27. Decemb. In uno folio ser Gubertini tempore Marquardi Patriarchæ 1366. 20. Mart. Nobb. Johanni Ugoni, & Sclavulino fratribus filiis qu. Wecelloni de Sabinis de Justinopoli Villarum S. Sirici, & Mugle cum decimis juris experti earum, nec non decimam Ville que nominatur Lisciebarda ad beneplacitum commissa fuit & Fortiliciis ipsarum, sique sint.

1341. 8. Febr. *De Justinopol. Feudum Patriarchale.*

Protestatio Hingelpretti qu. D. Ottonelli de Victa de Justinopoli de Feudo suo, scilicet, dimidietatis Ville de Valmorosa diec. Justinop. quod Wecellonus de Sabinis recognoverat a qu. Jo. de Rivarota, cui Johanni D. Patriarcha successerat jure recti, & legalis Feudi. Ex Gubertino de Novate.

1347. 27. Jan. Investitura Johannis de Sabinis de Justinoper D. Patriarcham Beltrandum hæredem testamentarium una poli cum Wecellone Patre dicti Johannis pro Ecclesia Aquil. qu. Nob. Ser Johannis de Rivarota defuncti sine legitimis hæredibus ex se descendentibus de omnibus feudis, quæ habebat in domo dicti Johannis de Rivarota, & precipue in Villa de Valmorosa justin. dioe. &c.

1348 Investitura prædialis Almerici qu. D. Gregorii Bratti de Justinopoli. Gubertin.

1366. D. Patriarcha Marquardus investivit de juribus suis ser Johannem qu. Ser Almerici olim Dietmari de Pirano.

Num. XLV. citato p. 227. della Parte IV.

Sentenza della Curia Patriarcale per conservar l' ordine giudiziario nelle cause Feudali anno MCCCXXVII.

Die 20. mens. Junii Utini in Sala inferiori Patriarchalis Palatii. Rev. Ven. Viris DD. Fratre Johanne Abbate Mon. Rosacen. Vicario infrascripti Domini Patriarche, Adalgerio Priore Hospitalis Clemone, ac Nobb. Viris D. D. Lectore milite de Utino, Phebo de la Turre, Manfredo da Porcillis, Federico, & Hendripuccio de Vilalta, Bernardo & Osalco Fratribus de Strasoldo, magistro Johanne Phisico de Aquileja, Symone de Castillerio, Sagino Gastaldione Civitatis Francisco Nasutti Not. de Utino, Odorico dicto Plebano, & Petro Pecia habitatoribus Castri Utini, Amando de Civitate, & Federico Not. qu. Ser Galvagni de Utino testibus ad hæc voc. & al. Comparuit in judicio, seu garito coram Rev. in Christo Patre, & Domino Domino P. Dei, & Apostolice Sedis gratia Sancte Sedis Aquil. Patriarcha in Curia Vassallorum suorum Simon qu. Victoris de Justinopoli Procurator & Procutatorio nomine Domini Rantulphi qu. Domini Marci Adalgerii de Justinopoli, prout constat de dicto Procuratorio per publicum Instrumentum scriptum manu . . . . . . Not. sub 1327. Indictione X. die 15. Mens. Jun. a me Not. viso, & lecto, dicens quod ad ejus notitiam pervenerat quod Dominus Articus Spelatus de Justinopoli quamdam appellationem ad ipsum D. Patriarcham per ipsum Dominum Artuicum interpositam a quadam sententia lata in favorem dicti D. Rantulphi per Vassallos Domini Biachini de Momigliano tanquam Domini feudi, & coram eo, & auditore in quadam questione feudali vertente inter dictas partes, scilicet occasione medietatis Ville de Sorbario, & sex Mansorum in Villa de Topolonez Emonen. dioc. fuerat prosecutus coram Vicario prefati Domini Patriarche, scilicet coram

Domino fratre Johanne Abbate Monasterii Rosacen., unde cum cognitio quomodovis feudi, & proprii non ad Vicarium sed ad Dominum Patriarcham spectet de approbata consuetudine Terre Forijulii rogavit per sententiam definiri dictus Symon procuratorio nomine quo supra si dicta prosecutio coram dicto Domino Vicario facta valere poterat, & in prejudicium prefati D. Rantulfi redundare. Item si prosecutus fuerat eam post terminum per Dominum Biachinum statutum, vel a jure, seu consuetudine concessum, utrum dicta profecutio dicto Domino Rantulfo obesse posset. Et petente prefato Domino Patriarcha super premissis quid juris, sententiatum fuit per omnes predictos Nobiles nemine discrepante quod nec principaliter, nec per remedium appellationis multo minus potest cognosci de questione feudi, nec . . . . . coram Vicario D. Patriarche, set solum coram Domino Patriarcha, & si secus actum est ipso jure debet esse cassum, & inane. Et etiam siquidem appellationem prosequitur post terminum per Judicem statutum vel a jure, seu consuetudine concessum valere non debet, & si dictam appellationem non prosequitur usque ad terminum statutum per Judicem, vel a jure, seu consuetudine concessum, dicta appellatio non valet. De quibus, & singulis supradictis Dominus Symon nomine quo supra rogavit me Notarium infrascriptum, ut inde sibi facerem publicum Instrumentum.

Num. XLVI. citato p. 227. 228. Parte IV.

Atti in causa del Vèscovo di Trieste con Gregorio Brati, pel Feudo di Siparo.

Anno Dominicæ Nativitatis 1330. Indict. 13.

Die 28. Decembris Aquilegiæ in Patriarchali Palacio presentibus testibus Ven. Viris Dominis Fratre Johanne Abbate Rosacen. & Petro Mora de Mediolano Rectore Ecclesie S. Ma-

riæ de Turri Mediolanen. dioc. Vicar. infrascripti Domini Patriarche, Guillelmo Decano, & Berofino de Geroldis Canonico Aquilegen. & aliis. Ven. Pater D. Paganus Dei gratia Sanctæ Sedis Aquilegen. Patriarcha intendens, ut dicebat, deliberare super quadam appellatione heri coram ipso interposita per Bagonem de Montepavone Domicellum, & Procuratorem Reverendi Domini Fratris Guillelni Dei gratia Episcopi Tergestini cujus tenor infra scribitur. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen. Coram vobis Reverendo in Christo Patre, & Domino Domino Pagano Dei, & Apostolice Sedis gratia Sanctæ Sedis Aquilegen. Patriarcha &c. propono ego Bego de Montepavone Procurator, & Procuratorio nomine Rev. in Christo Patris, & Domini G. eadem gratia Episcopi Tergestini, quod ad ipsum Dominum Episcopum de novo pervenit, quod vos die Lune XVIII. presentis mensis Decembris ad instantiam, & petitionem Gregorii de Bratis de Justinopoli, & ejus nomine, & tutorio nomine Filii qu. Johannis de Bratis Fratris predicti Gregorii, seu eorum Procuratorum longe post transactam debitam, & consuetam horam termini ipso Domino Episcopo debite, vel sufficienter non vocato, perperam, & inique, subito, & ex abrupto, nullo ordinato, sive fundato judicio, & *absque sufficienti curia Vassallorum*, nullis, & visis juribus partium, sed penitus absque juris ordine, pro voluntatis libito, & de facto, sententiari exegistis per quosdam valde paucos vobis astantes, quod deberent esse cassa, & irrita omnia sententiata, facta, & habita in Curia Vassallorum Episcopatus Tergestin. pro Episcopo, Episcopatu, & Ecclesia Tergestin. in causa, & questione, que olim fuerat inter D. Rodulphum tunc Episcopum Tergestin. ex una parte, & prefatos Gregorium, & Johannem qu. Fratrem ejus tunc viventem ex altera super Villa Sipari dioc. Tergestin., & ejus pertinenciis, residente in ipsa curia de judicio, & voluntate aliorum Vassallorum Domino Dominico de Zuilleto de Tergesto ad hoc

per dictam Curiam concordaliter deputato, & omnia, quæ postmodum fuerant subsecuta dicta, & allegata coram vobis pro parte ipsorum Gregorii, & ejus Nepotis quod a sententia lata pro Episcopatu, & Ecclesia Tergestin. coram predicto Domino Dominico Zuileto in predicta Curia Vassallorum Episcopatus Tergestin. predicti ad Dominum Ottobonum tunc Patriarcham Aquilegen. ac deinde ad ipsius Domini Patriarche Generale colloquium fuerat appellatum, prout sic, vel aliter, plus, vel minus in ipsa tali vestra, & noviter coram vobis habita sententia, si dici potest sententia, continetur. Ita quod subsequent. die eodem D. Episcopo non citato, non monito, nec ex requisito per vos, & coram vobis super predictis ad instantiam partis predicti Gregorii, & Nepotis contra predictum Dominum Episcopum, Episcopatum, & Ecclesiam Tergestin. Addendo mala malis, & innordinata innordinatis quedam sententia, seu sententie si sic dici possunt de facto fuerunt prolate, que si ex de facto executioni mandarentur, redundarent in grave prejudicium, & jacturam ipsius Domini Episcopi, Episcopatus, & Ecclesie Tergestin. que tamen de jure sunt nulle, & nullius juris, efficacie vel momenti, ut liquet, tam ex narratis superius, quam etiam ex infrascriptis. Nam notorium est vobis & in Forojulii, & in Civitatibus Tergestin., & Justinopolitan. & aliis maxime circumadiacentibus partibus, quod XIV anni sunt elapsi vel circa quod D. Patriarcha Ottobonus est defunctus, cujus tempore dicunt predicti de Bratis predictam suam appellationem interposuisse, & numquam eam prosecuti fuerunt, nec circa prosecutionem ejus debitam diligentiam adhibuerunt. Item supradictus Johannes tunc vivens nomine suo, & procuratorio nomine predicti Gregorii Fratris sui in presentia Magnifici Viri Domini Johannis Superancii tunc Venet. Ducis, presente procuratore bon. mem. Domini Rodulphi tunc Episcopi Tergestin. recognovit expressisse, quod ipse Johannes vel Frater nullum jus in Siparo, & ejus pertinen-

ciis habebit. Et sic de jure nullo modo possunt ipsum Dominum Episcopum molestare vel inquietare super predictis. Item quia pro parte ipsius Gregorii, & Nepotis asseritur super hiis appellatum fuisse pro parte ipsorum finaliter ad Colloquium Generale D. Patriarche predicti tunc viventis, etiam si essent nunc intra tempora talis appellationis prosequende, quod omnino negatur, non possetis vos, D. Patriarcha, qui nunc estis cum vestra simplici, & maxime insufficienti Curia vos de ipso negotio intromittere nisi in Colloquio generali. At per hec predicta que nunc sunt habita per vos, & vestram simplicem Curiam sunt nulla, & nullius efficacie, vel momenti. Item sunt & omnino nulla, quia cum debita reverentia loquendo vos estis per Camerarium Domini nostri Summi Pontificis, & tunc eratis majori excomunicationis vinculo innodatus, & excomunicatus publice nunciatus. Veruntamen licet predicta omnia, & singula novisset coram vobis, & per vos sententiata, facta, & habita sint nulla rationibus supradictis, timens ego Bego nomine quo supra ipsum Dominum Episcopum, & Tergestin. Ecclesiam posse gravari de facto ex predictis, & jam me quo supra nomine, & ipsum Dominum Episcopum, & Ecclesiam Tergestin. indebite gravatos sentiens, & predicta nulla dicens, & nullius juris efficacie existere, vel momenti, ex predictis causis, & rationibus ad Sanctissimum Patrem, & Dominum Dominum Johannem divina providentia Papam XXII, & ad Sanctam Sedem Apostolicam in hiis scriptis appello. Et Apostolos instanter peto, & iterum atque iterum instantissime peto. Subiicens, quo supra nomine ipsum Dominum Episcopum, & Ecclesiam Tergestin., & eorum bona, & jura tuitioni, & protectioni, & defensioni Domini PP., & sedis Apostolice predictorum. Item Dominus Patriarcha post habitam deliberationem, quam habere intendit super ipsa appellatione usque ad decimum diem ab hodie computandum statuit ipsi appellanti terminum ad dictum decimum

diem, ut compareat coram eo auditurus responsum, quam intendit sibi facere super causa. Et accepturus litteras, quas ipse dicto D. Pape scribere intendit, & dare ipsi appellanti prout postulat ordo juris.

In quo termino die scilicet VIII. mens. Jan. prox. . . . . comparente coram eodem Domino Patriarcha dicto Bego pro recipienda responsione predicta. Idem Dominus Patriarcha eam sibi sub sigillo suo tradidit in hac forma. Sanctissimo Patri & Domino Reverendo Domino Johanni divina Providentia Sacrosancte Rom. Ecclesie Summo Pontifici Paganus Patriarcha Aquileg. cum devotissima recomandatione obedientie, & reverentie debitum & pedum oscula beatorum. Pro instructione Clementie vestre in facto appellationis a me interposite ab Episcopo Tergestino quam ad cautelam mitto presentibus interclusam, cognoscat vestra benignitas quod adversarii dicti Episcopi comparuerunt coram me super prosecutione cujusdam appellationis alias interjecte per eos ad generale Colloquium secundum morem Patrie & cum ad eorum instantiam citari fecerim dictum Episcopum ipse in die termini adversariis suis comparentibus & in causa procedi instanter petentibus non comparuit, licet Vicarium suum ad judicium transmiserit qui prout a fide dignis accepi sufficiens habebat mandatum a dicto Episcopo. Et quia putabam quod ipse Vicarius comparuisset legitime ad defensionem Episcopi eo quod in judicio continue suam exhibebat presentiam miratus non modice & stupore motus ipsum sollicitavi pluries & induxi ut Dominum suum defenderet, sed demum nihil profuerunt monita & exhortationes quia licet se presentem in omnibus exhibuerit, Dominum suum tamen nescimus quo instinctu, obstinato animo defendere recusavit. Quare contigit quod instantibus adversariis dicti Episcopi necessario habui procedere & facta relatione nuncii qui eum citaverat coram Paribus Curie quos ob hoc conveneram in unum & premissa querimonia dictorum queri feci a paribus quid juris per

quos

quos secundum legem consuetudinis curie & formam Patrie late fuerunt quedam sententie quales in contumacia ferri consuevit. Et novit Deus quod non modicum me in stuporem adduxit obtumescentia Vicarii supradicti & in quantum valui favere & supportare curavi salva debita honestate justitie Episcopum Tergest. Et hec omnia facta fuerunt die lune XVIII. mens. Decembris ind. XII. in Palatio Patriarchali de Utino. Die autem Jovis XXVII. ejusdem mensis in Aquil. comparuit coram me Procurator dicti Episcopi interponens appellationem interclusam presentibus. Et quia expedire putavi ut pro instructione facti aliqua Sanctitati vestre describere & maxime de consuetudinibus Aquileg. Ecclesie & Patrie infrascripta summisi. *Habet equidem Ecclesie Aquileg. & Patrie consuetudo in temporalibus causis ut a sententia lata coram Patriarcha ad colloquium appelletur. Ita quod aliter appellatio non recipitur interiecta. Habet etiam Ecclesie Aquileg. & Patrie consuetudo ut in temporalibus a Colloquto ad Imperium appelletur a quo Ecclesia temporalia obtinet. Quod tamen non credo habere locum nunc vacante Imperio. Sed si non vacaret, forte haberet locum in presenti causa que feudalis existit.* Habet etiam Ecclesie Aquil. & patrie consuetudo ut in temporalibus causis a sententia statim absque intervallo aliquo appelletur adeo quod aliter interiecta appellatio non recipitur. Presens vero appellatio ne dum statim sine intervallo interiecta videtur, immo nec intra decemdium. Premisse enim consuetudines Clemens Pater, ita inveterate sunt & in legem apud incolas deducte quod videre non passum qualiter possent inverti aut quomodolibet mutari. Item me movet etiam & vertit in dubium quod cum sententie non a me, cujus est officium a circumstantibus paribus tantum querere mihique in sententiis ore depromere qualiter a me qui nil pertuli quod sententiam saperet & non a dictis paribus Episcopus duxerit appellandum. Super hoc tamen Sanctitas vestra dijudicet ac decernat quid me facturum fore discutiat, qui hu-

militatis cervicem clementie semper vestre jugo subiectum detinens promptus sum & vigil ad quecumque mandata. Dat. Aquil. V. Jan. Anno Domini MCCCXXX ind. XIII.

Date fuerunt predicto Procuratori littere predicte assignande per eum summo Pontifici nomine dicti Domini Patriarche dicto anno ind. & die Aquil. in suo Patriarchali Palatio presentibus Ven. Viro Domino Fratre Johanne Abbate Mosacen. Vicario ejus Frederico qu. D. Galvagni de Uuno & pluribus aliis.

ERRORI PRINCIPALI E CORREZIONI

P. 6.	l. 26.	de Civitates, seu Castella	de aliis Civitatibus, seu Castellis
P. 27.	l.	*Lauda*	*Laudo*
P. 28.	l. 9.	etiam si Marchis . .	etiam 51. Marchis
P. 33.	l.	usque Iadrum	usque Iadram
P. 49.	l. 2.	Pole prefacte	Pole præfate
P. 152.	l. 30.	Abbas Rolacens . . .	Abbas Mosacens.
P. 123.	l. 6.	*Custodia di Mastre* . .	*Custodia di Mestre*
P. 133.	l. 7.	omnes raciones . . .	omnes rationes
P. 135.	l. 12.	Elemone	Glemone
	l. 18.	Elemone	Glemona
P. 174.	l.	Castro Solis	Castro Salis
P. 177.	l. 1.	Cirpan	Sipar
	l. 2.	super Carstis	Super Carsis
	l. 31.	ultra Hontium. . . .	ultra Isontium
P. 179.	l. 27.	Inzulum	Juzulum
	l. 28.	Iarsum	Carsum
P. 181.	l. 1.	nec ipsam	permittant
P. 182.	l. 10.	Parentio 1031. . . .	Parentio 1231
P. 183.	l. 17.	Ville Valt.	Ville Vallis
P. 185.	l. 10.	Enselpretti	Engelperti
	l. 28.	in Comune	in Comite
	l. 31.	dictum Comune . . .	dictum Comitem
P. 186.	l. 26.	Giraverum	Guarnerium
P. 88.	l. 28.	Potestatis Bald. . . .	Potestatis Bullear.
P. 189.	l. 21.	dictus Otto Val . . . Patr.	Dominus Otto Volchero Patriarchæ
P. 190.	l. 16.	Domini Vorcii . . .	Domini Vercii
P. 193.	l. 2.	*dal Pellegrino*. . . .	*da Pellegrino*
	l. 24.	& Pinguento	de Pinguento
P. 194.	l. 19.	di Gradi	di Grado
P. 195.	l. 3.	te predicto	
	l. 16.	Rivio	Binio
P. 198.	l. 22.	Sacele	Sacile
	l. 25.	a Jova. Dopo	; e dove dopo
P. 209.	l. 1.	ad Villalta	de Villalta
P. 212.	l. 2.	prescripti	proscripti
P. 215.	l. 31.	Moravie	Meraniæ
P. 217.	l. 30.	denotat	donat
P. 219.	l. 11.	libere	libre
	l. 21.	Civitatis	comunitatis
P. 226.	l. 32.	extiterit	extiterint
P. 232.	l. 23.	Anno 1218.	1258.
P. 233.	l. 9.	instrumeno	instrumento
P. 241.	l. 13.	Pape	Patriarche
P. 256.	l. 3.	de indicato	de judicato
P. 260.	l. 15.	cognominor	cognominatur
P. 268.	l. 3.	Cornee	Carnee
P. 278.	l. 32.	expressisse	expresse